quæ ſunt ſup terram,probabis te pauli imitatorē: qui nō
facias aīam tuā præcioſiorē teipſo:probabis & xp̄i diſcipu
lum etiā illam perdendo ſalubriter.Et quidē prudentiꝰ cā
Mat.16. perdis ut cuſtodias:quàm cuſtodis ut ꝑdas.Nā qui uolue
rit aīam ſuā ſaluā facere:ꝑdet eam. D Quid hic uos dici-
tis obſeruatores ciborū:morū neglectores? Hipocrates
& ſequaces eius docent animas ſaluas facere in hoc mun-
do:xp̄s & eius diſcipuli perdere.Quenā uos è duobus ſe-
qui magiſtrū eligitis? At manifeſtum ſe facit qui ſic diſpu
tat:hoc oculis,hoc capiti,& illud pectori uel ſtomacho no
cet.Profecto unuſquiſq; quod à ſuo magiſtro didicit:hoc in
Nota. medium profert.Num in euangelio legiſti has differētias
aut in prophetis:aut in literis apoſtolorum? Caro & ſan-
guis pro certo reuelauit tibi hanc ſapientiam:non ſpiritꝰ
patris.Eſt enī carnis hæc ſapiētia.Sed audi qd de ipſa no-
ſtri medici ſentiant.Sapientia,inquiunt, carnis mors eſt.
Rom.8. Item.Sapientia carnis inimica eſt deo. Num Hipocratis
Ibidem. ſeu Galeni ſententiā:aut certe de ſcola epicuri debui pro-
ponere uobis? Chriſti ſum diſcipulus:chriſti diſcipulis lo
quor .Ego ſi peregrinum dogma induxero:ipſe peccaui?
Epicurꝰ atq; Hipocrates corpis alter uoluptatē:alter bo
nam habitudinem præfert:meus magiſter utriuſq; rei con
temptum prædicat.Animæ in corpore uitam quā ſummo
ſtudio iſte unde ſuſtētet:ille unde & delectet inquirit atq;
inquirere docet:ſaluator monet & perdere. A Quid enī
tibi aliud de xp̄i auditorio ſonuit cū pauloante clamatum
eſt:qui amat aīam ſuā perdet eam? Perdet eā dixit:ſiue po
nendo ut martyr:ſiue affligendo ut pœnitens.Quamquā
genus martyrij eſt:ſpū facta carnis mortificare:illo nimirū
quo membra cedentur ferro horrore quidem mitius :ſed
diuturnitate moleſtiꝰ. Vidéſne hac ſentētia magiſtri mei
carnis ſapientiam cōdemnari:per quam utiq; aut in luxū
uoluptatis diffluit:aut ipſa quoq; bona ualetudo corpo-
ris ultra quàm oportet appetitur? Deniq; ꝙ uera ſapiētia
in uoluptates nō effluat:audiſti profecto à ſapiente:ne in-
ueniri quidē hanc in terra ſuauiter uiuentiū. Qui autē in
Sap'.7. uenit dicit.Super ſalutē & omnē pulchritudinē dilexi ſa-
pientiā.Si ſup ſalutē & pulchritudinē:quāto magis ſuper
uoluptatē & turpitudinē? Quid uerò ꝓdeſt temperare à
uoluptatibꝰ & inueſtigādis diuerſitatibus cōplexionum:
ciborūq; uarietatibus exquirendis:quotidianā expēdere
Nota. curam? Legumina,inquit,uentoſa ſunt:caſeus ſtomachū
grauat;lac capiti nocet,potū aquæ nō ſuſtinet pectꝰ,cau
les nutriunt melācholiam, colerā porri accēdunt ,piſces
de ſtagno aut de lutoſa aqua meæ penitus cōplexioni nō
cōgruūt.Quale eſt hoc ut ī totis fluuijs,agris,hortis ,cel-
larijs ue reperiri uix poſſit quod comedas? Putaſte quæſo
monachum eſſe non medicū:nec de complexione iudican
dum:ſed de profeſſiōe.Parce obſecro primū quidem quie
ti tuæ:parce deinde labori miniſtrantium,parce grauami
ni domus:parce conſcientiæ. Conſcientiæ dico,non tuæ
ſed alterius illius uidelicet q prope ſedens:& dens quod
ſibi apponitur:de tuo ſingulari ieiunio murmurat. Scan-
dalo quippe eſt ei:aut tua odioſa ſuperſtitio , aut duritia:
quā forte putat illiuſq tibi habet ꝓuidere.Scandalizatur
inquam;in tua ſingularitate frater iudicans te ſuperſtitio
ſum tanquā ſupfiua q̄ritantem:aut certe me durū cauſans
qui nō perquirā uictui tuo neceſſaria. Fruſtra ſibi quidā
blandiuntur de exēplo pauli hortantis diſcipulū nō bibe
1.Tim.5. re aquā:ſed modico uti uino propter ſtomachū & frequē
tes ſuas infirmitates.Qui attendere debent primum qui-
dem apoſtolū minime ſibi ipſi rem iſtiuſmodi ſuadere ,ſed
nec diſcipulū æque expoſcere ſibi.Deinde non monacho
hoc intimari,ſed ep̄o:cuius uita tenere adhuc & naſcenti
eccliæ perneceſſaria eſſet. Timotheus hic erat. Da mihi
alterū timotheū:& ego cibo eū ſi uis etiam auro,& poto
balſamo.Cæterum tu tibimetipſi diſpenſas ,miſertus tui.
Suſpecta eſt mihi fateor tua ipſius in te diſpenſatio:& ue-
reor tibi illudi ſub tegmine & nomine diſcretionis,à car-
nis prudētia.Id te ſaltem uolo admonitium eſſe ut ſi tibi
ita auctoritas apoſtoli placet de bibendo uino ,modico,
quod ille adiūxit:nō prætermittas.Et de hoc ſatis. Sed re
uertamur ad ſponſam:& diſcamus ab ea uineas proprias
utiliter non cuſtodire:præſertim nos qui uidemur depu-
tati cuſtodes in uineis ſponſi eccleſiæ Ieſu chriſti dn̄i no-
ſtri:qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula.Amen.

De excellentia diuinæ uiſionis:& qualiter in præſenti ſanctis uiris guſtus diuinæ præſentiæ uariatur pro uarijs animæ deſiderijs.

Sermo. XXXI. D

INdica mihi quē diligit anima mea : ubi paſcas
ubi cubes in meridie.Studioſis mentibus uer-
bum ſponſus frequēter apparet:& nō ſub una
ſpecie.Quid ita? Profecto qm̄ nōdum uidetur
ſicuti eſt.Nēpe illa uiſio ſtat,quia forma ſtat quæ tunc ui-
detur.Eſt enī nec ullā capit ex eo quod eſt fuit uel erit mu
tationem.Tolle nempe fuit & erit:unde iam tranſmutatio
aut uiciſſitudinis obūbratio? At quicquid ueniēs ex eo
quod fuit non ceſſat tendere in id quod erit :tranſitum ſa
nè habet per eſt:ſed omnino non eſt. Nā quomodo eſt ꝙ
nunquam in eodem ſtatu permanet? Solum proinde uerè
eſt quod nec à fuit præciditur:nec ab erit expungitur:ſed
ſolū atq; inexpugnabile remanet ei eſt,& manet quod eſt.
Nec fuit ſanè tollit illi eſſe ab æterno;nec erit eſſe in æter
num:ac per hoc ſibi uendicat uerum eſſe,id eſt increabile,
interminabile,inuariabile.Cum igitur ipſe qui ſic eſt:imo
qui nō ſic aut ſic eſt,uidetur ſicuti eſt,ſtat ut dixi illa uiſio
quia nulla eam interpolat uiciſſitudo.Et tunc ille de euā- Mat.20
gelio unus omnibus qui ſic uident denarius redditur in
una ſpecie quæ offertur.Nam & quod apparet ut inuaria
bile in ſe eſt:ita inuariabiliter intuētibꝰ:præſto eſt:& qui
bus apparet,nil uidere deſiderabilius uolunt:nil poſſunt
delectabilius.Quādo ergo illa uel faſtidiet auiditas:uel ſe
ſubtrahet ſuauitas:uel fraudabit ueritas:uel deficiet æter
nitas.Q; ſi in æternum extenditur uidendi copia pariter
& uoluntas:quomodo nō plena fœlicitas.Nil quippe aut
deeſt iam ſemper uidentibus:aut ſupereſt ſemper uolenti
bus.At talis uiſio nō eſt uitæ præſentis:ſed in nouiſſimis
reſeruatur:his duntaxat qui dicere poſſunt. Scimus quia 1.Ioā.3.
cum apparuerit ſimiles ei erimus:quia uidebimus eum ſi
cuti eſt.Et nūc quidē apparet quibus uult:ſed ſicuti uult:
nō ſicuti eſt. B Nō ſapiens nō ſanctus nō propheta uide
re illum ſicuti eſt poteſt:aut potuit in corpore hoc morta
li:poterit autem in immortali:qui dignꝰ habebitur.Itaq;
uidetur & hic:ſed ſicut uidetur ipſi:& non ſicuti eſt. Nā
neq; hoc luminare magnum(ſolē loquor iſtum quē quo-
tidie uides)uidiſti tamē aliquando ſicuti eſt:ſed tm̄ ſicut
illuminat:uerbi cauſa.aerē,montem,parietem.Quod nec
ipſum quidē aliquatenus poſſes ſi nō aliqua ex parte ip̄m
lumē corporis tui pro ſui ingenita ſerenitate & perſpicui
tate cæleſti lumini ſimile eſſet.Non deniq; alterum mem-
brum corporis capax eſt luminis ob multā utiq; diſſimi-
litudinem.Sed nec ipſe oculus cum turbatus fuerit lumi
ni propinquabit:nimirum ob amiſſam ſimilitudinē. Qui
ergo turbatur,nullatenus ſerenum ſolē uidet propter diſ
ſimilitudinem:ſerenus aliquatenus uidet propter nōnul-
lam ſimilitudinem.Profectò ſi pari prorſus puritate uige-
ret:uideret omnino inoffenſa facie eū ſicuti eſt propter om
nimodā ſimilitudinem:ita & ſolem iuſtitiæ illū qui illumi
nat omnē hominē uenientē in hunc mundū:uidere in hoc
mūdo ſicut illuminat illuminatꝰ pōt:tāquā iā in aliquo ſi
milis:ſicuti eſt,omnino nō poteſt:tanquā nōdū perfecte ſi Pſal.33.
milis.Propterea dicit.Accedite ad eum & illuminamini:
& facies ueſtræ non cōfundentur. C Ita ſanè:ſed ſi quan- 2.Cor.3.
tum ſatis eſt illuminamur,ut reuelata facie ſpeculātes glo
riam dei,in eandem imaginem transformemur de clarita-
te in claritatem tāquā à dn̄i ſpiritu.Ergo accedēdū ad eū: puer.25
nō irruendū,ne irreuerens ſcrutator maieſtatis opprima-
tur à gloria.Nec locis ſanè accedendum, ſed claritatibus
ipſiſq; non corporeis,ſed ſpiritalibus tanquam à domini
ſpū:A dn̄i planè & nō à noſtro,quāuis in noſtro. Qui ita
ꝗ clarior,ille ꝓpinquior:eſſe autē clariſſimum,perueniſſe
eſt . Porrò

eſt.Porrò iā p̄ſentibus nō aliud eſt uidere ſicuti eſt:quàm
eſſe ſicuti eſt:& aliqua diſſimilitudine nō cōfundi.Sed id
tunc,ut dixi.Interim uero tanta hæc formarum uarietas
atq; numeroſitas ſpecierum in rebꝰ cōditis :quid niſi qui
dam ſunt radij deitatis monſtrātes quidem quia uerè ſit à
quo ſunt:nō tamen quid ſit prorſus diffinientes? Itaq; de
ip .o uides:ſed nō ip̄m.Cum autē de eo quē non uides,cæ
te ra uides:ſcis indubitāter exiſtere quem oportet inqui-
rere :ut inquirentem nō fraudet gratia:neglīgētem igno
rantia nō excuſet. Verum hoc genus uidendi commune.
In promptu enim eſt iuxta apoſtolum omni utenti ratio-
Roma.1. ne:inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpice
re. Alius proculdubio ille modus:quo quondam patribꝰ
crebra illa atq; ambitioſa diuinæ præſentiæ familiaritas
dignanter indulta;eſt:quanquam nec ipſis ſicuti eſt:ſed ſi
cut dignata eſt Nec uno omnibus modo:ſed ut ait apoſto
Heb.1. lus.Multifarie multiſq; modis:cum ipſe in ſe ſit unꝰ dicē
Deut.6. te ipſo ad iſrael:dn̄s deus tuus deꝰ unus eſt: Et hæc demō
ſtratio nō quidem cōmunis:ſed tamen foris facta eſt:nimi
rum exhibita per imagines extrinſecus apparētes ſeu uo-
ces ſonantes: A Sed eſt diuina inſpectio eò differentior
ab his quò interior:cū per ſeipſum dignatur inuiſere deꝰ
animam quærentem ſe:quæ tamen ad quærendum toto ſe
deſiderio & amore deuouit.Et hoc ſignum iſtiuſmodi ad
Pſal.96 uentus eius ſicut ab eo qui expertus eſt edocemur. Ignis
ante ipſum præcedet & inflammabit in circuitu eius ini-
micos eiꝰ. Oportet namq; ut ſancti deſiderij ardor præue
niat faciem eius ad omnem animam:ad quam eſt ipſe uen-
turus qui omnē conſumat rubiginem uitiorum:& ſic pre
paret locum domino.Et tūc ſcit anima quoniam iuxta eſt
dominus:cum ſe ſenſerit illo igne ſuccenſam:& dixerit cū
Treñ.1. propheta.De excelſo miſit ignem in oſſibus meis & erudi
Pſal.38. uit me.Et illud.Concaluit cor meum intra me:& in medi-
tatione mea exardeſcet ignis.Tali animæ ſuſpirāti frequē
ter:imo ſine intermiſſione oranti & affligenti ſe præ deſi-
derio:cum interdum deſideratus ille qui ita quæritur mi
ſeratus occurrit:puto illi de propria experientia conueni
Treñ.3. te:ut dicat cum ſancto Hieremia.Bonus es domine ſperā
tibus in te:animæ quærenti te. Sed & angelꝰ eius qui unꝰ
eſt de ſodalibus ſpōſi in hoc ipſum deputatꝰ miniſter pro-
fecto & arbiter ſecretæ mutuæq; ſalutationis:is inquā an-
gelus quomodo tripudiat:quomodo collætatur & cōde-
lectatur:& conuerſus ad dominum dicit.Gratias ago tibi
p̄s.20. domine maieſtatis:quia deſideriū cordis eius tribuiſti ei:
& uoluntate labiorum eius non fraudaſti eam:ipſe eſt qui
in omni loco ſedulus quidam pediſſequus aīæ non ceſſat
Pſal.26. ſolicitare eam:& aſſiduis ſuggeſtionibus monere dicens.
Ibidem. Delectare in dn̄o:& dabit tibi petitiōes cordis tui .Et rur
Abac.1. ſum.Expecta dn̄m & cuſtodi uiam eius.Itē ſi morā fecerit
Pſal.41. expecta eum:quia ueniens ueniet,& non tardabit. Ad do
minū autem.Sicut ceruus(inqt)deſiderat ad fontes aqua
rum:ita deſiderat anima iſta ad te deꝰ.Deſideraui te in no
cte:ſed & ſpiritꝰ tuus in præcordijs eius de mane uigilauit
Pſal.87. ad te.Et iterum.Tota die expandit ad te manus ſuas,dimi
Mat.15 te illā qa clamat poſt te.Cōuertere aliquātulū & depreca-
Pſal.89. bilis eſto ſuper eam.Reſpice de cælo & uide & uiſita deſo
latam.Fidelis paranymphus:qui mutui amoris conſcius,
ſed non inuidus:non ſuā quærit:ſed dn̄i gratiam.Diſcur-
rit medius inter dilectū & dilectam,uota offerens, referēs
dona.Excitat iſtā:placat illū.Interdū quoq;(licet raro)re
præſentat eos pariter ſibi,ſiue hanc rapiens,ſiue illum ad
ducens.Siquidem domeſticus eſt & notus in palatio: nec
ueretur repulſam,& quotidie uidet faciem patris. D Vi-
de autem tu ne quid nos in hac uerbi animæq; cōmixtio-
ne corporeum ſeu imaginatorium ſentire exiſtimes. Id lo
1.Cor.6 quimur qđ ap̄ls dicit:quoniam qui adhæret deo unꝰ ſpi-
ritus eſt.Exceſſum puræ mentis in deū ſiue dei piū deſcen
ſum in animā,noſtris quibus poſſumꝰ exprimimꝰ uerbis,
ſpūalibꝰ ſpūalia cōparātes.Itaq; in ſpū fit iſta coniunctio,
Ioan.4. qa ſpūs eſt deus,& cōcupiſcit decorē aīæ illiꝰ quàm fortè
aduertit in ſpiritu ambulātē,& curā carnis non pficiētem
in deſiderio,præſertim ſi ſui amore flagrantē cōſpexerit.
Nō ergo ſic affecta & ſic dilecta cōtenta erit oīno uel illa q̄
multis per ea quæ facta ſunt:uel illa quæ paucis per uiſa &
ſomnia:facta eſt manifeſtatio ſponſi :niſi & ſpeciali præro
gatiua intimis illū affectibꝰ atq; ipſis medullis cordis cæli
tus illapſum ſuſcipiat habeatq; præſto quem deſiderat nō
figuratum,ſed infuſum:nō apparentem:ſed afficientē:nec
dubium quin eo iocundiorem:quo intꝰ,nō foris. Verbū
nempe eſt nō ſonans ſed penetrans:nō loquax,ſed efficax
nō obſtrepēs auribus,ſed affectibus blandiens.Facies eſt
non formata ſed formans:non perſtringens oculos corpo
ris:ſed faciem cordis lætificans,grata quippe amoris mu-
nere nō colore. A Non tamen adhuc illum dixerim ap-
parere ſicuti eſt:quāuis nō oīno aliud hoc modo exhibeat
quam quod eſt.Neq; enim uel ſic cōtinue præſto erit quā
uis deuotiſſimis mentibus:ſed nec uniformiter omnibus.
Oportet nāq; pro uarijs animæ deſiderijs diuinæ guſtū
p̄ſentiæ uariari:& infuſum ſaporē ſupernæ dulcedinis di-
uerſa appetētis animi aliter atq; aliter oblectare palatum.
Deniq; aduertiſti in hoc amatorio carmine quoties muta
uerit uultum:& in quanta multitudine dulcedinis ſuæ co
ram dilecta dignatus ſit transformari:& qūo nunc quidē
inſtar uerecūdi ſponſi ſanctæ aīæ ſecretos ꝑetat amplexꝰ &
oculis delectetur:nunc uerò in oleo & unguētis medicū
exhibere appareat:nimirū ꝓpter teneras & infirmas ani-
mas iſtiuſmodi adhuc indigētes fomentis & medicamen
tis:unde & delicato adoleſcentularum nomine deſignan-
tur.Sed muſſitet quis,audiet quia nō eſt opꝰ ſanis medicꝰ Mat.8.
ſed male habētibus.Nūc rurſum quaſi uiator quiſpiam iti
nerantibus ſponſæ ſimul atq; adoleſcentulis ſeſe aſſociās,
iocūdiſſimis confabulationibus ſuis:à labore uiæ oēm re-
uelat comitatum:ita ut eo diſcedente loquantur.Nónne
cor noſtrum ardens erat in nobis de Ieſu dum loqueretur Luc.24.
nobis in uia? B Facundus comes,qui in ſermonū & mo-
rum ſuauitate ſuorū:tanquam in quadā ſuaueolentia ſpi-
rantium unguentorū poſt ſe currere faciat uniuerſos. Vn Canti.1.
de & dicunt.In odorem unguentorū tuorū curremus.Itē
aliquando occurrens quaſi prædiues aliquis paterfami-
lias qui in domo ſua abūdet panibus:imo tanquā rex ma-
gnificus & potens,q ſpōſæ paupis uideat puſillanimitatē
erigere:prouocare cupiditatē,demonſtrans illi omnia de
ſiderabilia gloriæ ſuæ:diuitias torculariū ac promptua
riorū:hortorū & agrorū copias:demū etiā introducēs eā
in ipſa ſecreta cubili.Nimirū confidit in ea cor uiri ſui:&
non eſt ex omnibus quod ab illa exiſtimet abſcondendū puer.vlt
quam redemit inopē:probauit fidelem, amplexatur ama-
bilem.Atq; ita non ceſſat ſiue hoc ſiue illo modo interno
iugiter apparere conſpectui quærentium ſe: ut ſermo im-
pleatur quem dixit.Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad con- Ma.vlt.
ſummationem ſeculi.Et in his omnibus ſuauis & mitis &
multæ miſericordiæ.Nam in oſculis quidem affectuoſum
& blandum:in oleo autem & in pigmentis atq; unguen-
tis clementem & affluentem uiſceribus pietatis & compaſ
ſionis. C Porro in uia hilarem,affabilem.plenū grãæ & ſo
latij:in oſtēſione uero diuitiarū ac poſſeſſionū munificum
ſe ac largum pro regia liberalitate remuneratorem demō-
ſtrat.Ita per omnem huius carminis textum reperies uer-
bum iſtiuſmodi ſimilitudinibus adumbrari.Vn̄ ego puto
id ſignificatū apud prophetam ubi ait.Spiritus ante faciē Treñ.4.
noſtram xp̄s dn̄s:in umbra eius uiuemus inter gentes:ꝙ
ſcilicet uideamus nunc per ſpeculū & in enigmate: & nec
dum facie ad faciē.Ad iſtud ſanè donec uiuimus inter gē
tes.Nam inter angelos aliter:qn̄ iam indifferenti omnino
felicitate cū ipſis uidebimus eū & uos ſicuti eſt:hoc eſt in
forma dei:& non in umbra.Quomodo nanq; apud uete-
res quidem umbrā figuramq; dicimus extitiſſe:nobis au-
tem per gratiam xp̄i in carne præſentis ipſam per ſe illuce
ſcere ueritatē:ita nos quoq; reſpectu futuri ſeculi ī quadā
interim ueritatis umbra uiuere nō negabit:niſi qui nō ac
quieſcit apoſtolo dicēti:ex parte cognoſcimus;& ex pte 1.Cor.13
prophetamus.Et illud.Non arbitror me comprehendiſſe Phil.3.

Quō eñ nō eſt diſtinctio eius qui per fidē ambulat,& illiꝰ
Cal.3. qui per ſpeciē: Ergo iuſtꝰ ex fide uiuit:beatꝰ exultat ī ſpe
cie.Et ideo ſanctus homo uiuit interim in umbra chriſti:
ſanctus angelus in ſplendore uultus gloriæ gloriatur.Et
Actu.15. bona fidei umbra:quæ lucem temperat oculo caliganti &
oculū ꝓparat luci.Scriptū eſt eñ.Fide mundās corda eo-
rū.Fides itaq; lucē nō extinguit ſed cuſtodit. Quicqd ſa-
nè eſt illud quod uidet angelus:hoc mihi umbra fidei ſer-
uat:fideli ſinu repoſitū:in tempore reuelandū.An nō ex
pedit tenere uel inuolutū quod nudū nō capis? A Deni
Lucæ.1. q; & mater domini uiuebat in umbra fidei:cui dictū eſt:&
Ibidem. btā quæ credidiſti.Habuit & de chriſti corpore umbrā q̄
audiuit:& uirtus altiſſimi obumbrabit tibi.Nec eñ uilis
umbra quæ de uirtute altiſſimi formatur .Et uere uirtꝰ in
carne xp̄i:quæ uirgini obūbrauit:ut quod īpoſſibile erat
mortali fœminę:obiectū tñ īuolucri uiuifici corpis ferret
præſentiā maieſtatis,& lucē ſuſtineret inacceſſibilē.Virtꝰ
planè:in qua oīs cōtraria fortitudo debellata eſt.Et uirtꝰ
& umbra fugās dæmones:tutās hoīes.Aut certè ū̄tus ue-
getās:umbra refrigerās.Viuimꝰ ꝓinde ī umbra xp̄i q per
fidē ambulamus,& carne ipſius paſcimur ut uiuamꝰ.Caro
Ioan.6. eñ chriſti uerè eſt cibus.Et uide ne propterea etiā nūc de
ſcribatur hoc loco apparens tāquā in ſchemate paſtorali:
ubi illū ſponſa quaſi unū quempiā de paſtoribus uidetur
Ioā.10. alloqui dicens.Indica mihi ubi paſcas ubi cubes in meri-
die? Bonus paſtor qui animā ſuā dat pro ouibus ſuis. Ani
mam pro illis,carnē illis.Illam in pretiū ,iſtam in cibum.
Res mira,ipſe paſtor ipſe paſcua eſt,ipſe redemptio.Verū
ſermo in longum pergit:qm̄ locus amplus eſt & grandia
continens:& non explicabitur paucis:atq; hac neceſſita-
te uidetur mihi iam rumpendus potius quàm finiendus.
Oportet autem ut qm̄ materia pendet, memoria uigilet:
quatenus ubi pauſatum erit:inde mox reſumatur & per-
tractetur prout dominus dabit.Ieſus chriſtus ſponſus ec-
cleſiæ,qui eſt ſuper oīa deus benedictus in ſecula. Amen.

Qualiter chriſtus ſuſcipitur ab anima ſancta tan-
quā ſponſus:& ab anima infirma tāquam
medicus:& de differentia
cogitationū.

Sermo.XXXII. C

INdica mihi ubi paſcas,ubi cubes in meridie.
Hic ſumꝰ,hinc progredimur.Sed antequā tra-
ctari incipiat uiſio iſta & allocutio:recapitulan
dum breuiter arbitrior de aliis uiſionibus quæ
præceſſerunt:quomodo nobis aptari ſpiritaliter poſſint
pro uotis & meritis ſingulorum:ut apprehēſis illis (ſi ta
men hoc datum fuerit) facilior & in huius diſcuſſione elu
ceat intellectus.Verum id difficillimū .Nam etſi illa uer-
ba quibus ipſæ uiſiones ſeu ſimilitudines deſcribūtur ſo
nare corpora atq; corporea uideātur:ſpūalia tñ ſunt quæ
nobis miniſtrantur in his,ac per hoc in ſpū quoq; cauſas
& rōnes earū oportet inqri.Et qs idoneus inueſtigare &
cōprehendere tā multos aīæ effectus ꝓfectusq;:qbus hæc
de p̄ſentia ſponſi tam multiformis gratia diſpēſatur? Tñ
ſi intremus ad nos:& ſpūſſanctus in lumine ſuo dignetur
oſtendere nobis qđ ope ſuo nō dedignatur aſſidue actita
re in nobis:puto non omnino nos in his ſine intellectu re
1.Cor.2. māſuros.Cōfido eñ nō accepiſſe nos ſpm̄ huius mūdi,ſed
ſpm̄ qui ex deo eſt:ut ſciamus quæ à deo donata ſunt no-
Pſal.72. bis.Ergo ſi cui noſtrū cū ſancto ꝓpheta adhærere deo bo
num eſt (ut loquar manifeſtiꝰ) ſi qs in nobis eſt ita deſide
rii uir:ut cupiat diſſolui & cū xp̄o eſſe:cupiat autem uehe
menter,ardenter ſitiat,aſſidue meditet:is ꝑfecto non ſecꝰ
quam in forma ſpōſi ſuſcipiet uerbum in tp̄e uiſitationis:
Pſal.20. hora uidelicet qua ſe aſtringi ītus qbuſdā brachiis ſapīæ:
atq; inde ſibi infundi ſenſerit ſancti ſuauitatē amoris. Si
quidem deſideriū cordis eius tribuetur ei:etſi adhuc pere
grināti in corpe.Ex parte tñ idq; ad tēpus & tēpus modi
cum.Nā cū uigiliis & obſecrationbus & multo labore &
imbre lachrymarū q̄ſitus affuerit: ſubito dum teneri puta
tur elabitur:& rurſum lachrymanti & inſectanti occurrēs
cōprehēdi patitur,ſed minime retineri:dum ſubito iterū
quaſi è manibꝰ euolat.Et ſi inſtiterit p̄cibus & fletibus de
uota aīa,denuo reuertet:& uoluntate labiorum eius non
fraudabit eā:ſed rurſum mox diſparebit: & nō uidebitur
niſi iterū toto deſiderio reqrat:ita ergo & in hoc corpore
pōt eſſe de p̄ſentia ſponſi freqūes lætitia,ſed nō copia:qa
etſi uiſitatio lætificat,ſed moleſtat uiciſſitudo.Et hoc tan-
diu neceſſe eſt pati dilectam,donec ſemel poſita corporeæ
ſarcina molis:auolet & ipſa leuata pennis deſideriorū ſuo
rum:libere iter carpēs per cāpos cōtemplationis: & mēte
ſequens expedita dilectū quocūq; ierit. A Nec tñ uel in
trāſitu præſto erit ſic oī aīæ,niſi illi dūtaxat quā ingēs de
uotio:& deſideriū uehemens,& p̄dulcis affectus ſponſam
ꝓbat:& dignā ad quā gr̄a uiſitādi acceſſurū uerbū decorē
induat formā ſponſi accipiens.Qui eñ nondū inuenit ita
affectus:ſed compunctus magis actuum recordatione ſuo
rum,loquens in amaritudine animæ ſuæ dicat deo. Noli Iob.10.
me cōdemnare aut forte etiā adhuc periculoſe tentatur à
propria concupiſcentia abſtractus & illectus:hic talis nō
ſponſum requirit,ſed medicum:ac per hoc nō oſcula qui-
dem uel amplexus,ſed tantum remedia uulneribus acci-
piet ſuis:in oleo utiq; & unguentis.An non ſæpenumero
ſic ſentimus,& ſic experimur orantes:nos qui noſtris quo
tidie adhuc exceſſibus tentamur præſentibus:mordemur
præteritis? A quāta me amaritudine frequenter liberaſti
adueniens Ieſu bone? Quoties poſt anxios fletus,poſt in
enarrabiles gemitꝰ & ſingultus,ſantiā cōſcientiā meā un-
xiſti unctiōe miſæ tuæ,& oleo lætitiæ perfudiſti? Quoties
me oratio quē pene deſperentem ſuſcepit,reddidit exultā
tem & præſumentē de uenia? Qui ſimiliter afficiūtur ecce
hi ſciunt ꝙ uere medicus ſit dñs Ieſus:qui ſanat contritos
corde & alligat contritiones eorum.Qui experti nō ſunt:
credāt inde eidem ipſi dicenti.Spiritus domini unxit me:
ad euangelizandum manſuetis miſit me:ut mederer con- Ps.146.
tritos corde.Si adhuc dubitāti,accedant certè & probēt
& ſic in ſemetipſis diſcāt qđ ſit:miſericordiā uolo & nō ſa Luc.4.
crificium. C Sed uideamꝰ & reliqua.Sunt qui in ſtudiis
ſpiritalibꝰ fatigati & uerſi in teporem atq; in defectu quo- Matt.9.
dam ſpiritus poſiti ambulant triſtes uias domini:corde
arente & tædente accedunt ad quæq; iniūcta: frequenter
murmurant:longos dies:longas conqueruntur & noctes
loquētes cū ſancto Iob.Si dormiero dicā:qñ conſurgam,
& rurſum expectabo ueſperā.Ergo ubi cōtingit tale aliqd Iob.7.
pati:ſi miſertus dominus appropiet nobis in uia qua am-
bulamus,& incipiat loqui de cælo qui de cælo eſt: uecnō
fauorabile quippiā cantare nobis de canticis ſiō: narrare
etiā de ciuitate dei:de pace ciuitatis:de æternitate pacis:
de ſtatu æternitatis:dico uobis erit pro uehiculo animæ
dormitanti & pigritanti læta narratio:ita ut pellat omne
faſtidiū ab aīo audiētis,& à corpore fatigationē. An tibi
aliud uel pati uel petere ille uidet qui ait.Dormitauit ani Pſal.118.
ma mea præ tædio:cōfirma me in uerbis tuis.Et nónne cū
obtinuerit clamabit:quō dilexi legem tuam dñe: tota die Ibidem.
meditatio mea eſt? D Sunt eñ quædā uerba uerbi ſpōſi
ad nos:nr̄æ meditationes de ipſo & eius gloria:elegantia,
potentia,maieſtate.Non ſolū autem ſed & cum auida mē-
te uerſamus teſtimonia eius:& iudicia eius,& in lege eius
meditamur die ac nocte:ſciamus pro certo adeſſe ſpōſum
atq; alloqui nos:ut nō fatigemur laboribus, ſermonibus
delectati. Tu ergo cū tibi aliqua talia uolui aīo ſentis,nō
tuā putes cogitationē:ſed illū agnoſce loquētē:qui apud Eſai.63.
prophetam dicit.Ego qui loquor iuſtitiam.Simillima eñ
ſunt nr̄æ cogitata mētis ſermonibus ueritatis in nobis lo Mat.15.
quentis:nec facile qs diſcernit quid intus pariat cor ſuum Eiuſ.9.
qdue audiat,niſi qui prudenter aduertit dñm ī euāgelio Ioan.8.
loquentē:quia de corde exeūt cogitatiōes malæ.Et illud. 2.Cor.3.
Quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Et qui loquitur
mendaciū:de ſuo loqtur. Apl's aūt.Non ꝙ ſufficientes ,in
quit,ſimus cogitare aliquid à nobis tanquā ex nobis:ſub
audis bonū,ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Cū ergo ma
la in corde uerſamus,noſtra cogitatio eſt: ſi bona,dei ſer-
mo eſt.

Pſal.84 mo eſt.Illa cor noſtrum dicit:hæc audit Audiam ,ait ,qd
loquatur in me dñs deus:qm̄ loquetur pacem in plebem
ſuā.Itaq; pacē,pietatē,iuſtitiā,deꝰ in nobis loqtur:nec ta
Mat.15. lia nos cogitamus ex nobis:ſed in nobis audimus.Cæte
rum homicidia,adulteria,furta,blaphemiæ , & his ſimilia
Pſal.13. de corde exeunt:nec audimus ea,ſed dicimus. Deniq; di-
Eiuſ.9. xit inſipiens in corde ſuo:nō eſt deus.Et propter hoc irri
tauit impius deum:qa dixit in corde ſuo nō requiret.Sed
eſt p̄terea qđ corde qdē ſentit:nō tñ cordis eſt uerbū:nec
eñ de corde exit ſicut nr̄a cogitatio :ſed neq; illud eſt qđ
ad cor fieri diximꝰ uerbū uidelicet uerbi:cū ſit malum:im
Pſal.77. mittitur autē à cōtrariis poteſtatibus:ſicut fiunt immiſſio
nes p angelos malos:quale (uerbi cauſa) fuit quod legi-
tur miſiſſe in cor diabolus:ut traderet dñm iudas ſimonis
Ioan.13. ſcariothis. B Verum quis ita uigil & diligēs obſeruator
motionū internarū ſuarū:ſiue in ſe ſiue & ex ſe factarū,ut
liquido ad quæq; illicita ſenſu cordis ſui deſcernat inter
morbū mētis & morſum ſerpētis.Ego nulli hoc mortaliū
poſſibile puto:niſi q illuminatus à ſpūſctō ſpeciale accepit
donū quod apl's inter cætera chariſmata quæ enumerat:
1.Cor.12 nominat diſcretionē ſpirituū.Quantūlibet eñ quis (ſm
puer.4. ſalomonem) omni cuſtodia ſeruet cor ſuū :& omnia quæ
intra ſe mouentur uigilantiſſima intentione obſeruet:etiā
ſi diuturnum fortè in his habuerit exercitium: & frequēs
experimētū:nō poterit tñ ad purū in ſe dinoſcere diſcer-
nereuè abinuicē malū innatū & malum ſeminatum. Nam
Pſal.18. delicta quis intelligit? Nec multum refert nr̄a ſcire unde
ineſt nobis malū dūmodo ineſſe ſciamus:uigilandum po
tius & orandū undecumq; ſit ne cōſentiamꝰ.Deniq; orat
Ibidem. ꝓpheta cōtra utrumq; malū dicēs.Ab occultis meis mun
de me dñe:& ab alienis parce ſeruo tuo. Et ego non poſ-
ſum tradere uobis qđ nō accepi.Nō autem accepi fateor
unde aſſignem certā notionem inter partū cordis & ſemi
nariū hoſtis.Quippe utrūq; malum,utrūq; à malo,utrūq;
in corde,ſed nō utrumq; de corde.Hoc totū certum mihi
in me:etſi incertū quid cordi,quid hoſti tribuā.Et id qui
dem,ut dixi,abſq; ꝑiculo.Sed ſanè eſt ubi periculoſe imo
dānabiliter erratur,atq; ibi merito nobis certa præfigit re-
gula:ne quod dei eſt in nobis,demus nobis:putantes uer
bi uiſitationem noſtram eſſe cogitationem.Ergo quantū
diſtat bonum à malo:tantū iſta duo à ſe:qm̄ nec de uerbo
malū:nec de corde exiet bonū:niſi qđ priꝰ fortè de uerbo
Matt.7. conceperit:quia nō pōt bona arbor fructus malos facere
nec arbor mala fructus bonos. At ſatis dictum eſſe credo
quid dei,quid noſtrū in noſtro ſit corde:nec ſuperflue (ut
arbitror) ſed ut ſciant inimici gratiæ:abſq; gr̄a nec ad co-
2.Cor.3. gitandū bonum ſufficere cor humanum:ſed ſufficientiam
ipſius ex deo eſſe:dei uocē bonū quod cogitat:nō cordis
prolē exiſtere.Tu ergo ſi uocem eius audis,nō iā neſcias
unde ueniat aut quo uadat:ſciens qa à deo exit: & ad cor
1.Cor.15 uadit.Vide aūt quō uerbū qđ egredit de ore dei nō reuer
tat ad eum uacuū:ſed proſperet & faciat oīa ad quæ miſit
illud ut dicere poſſis & tu qa gr̄a dei in me uacua nō fuit.
Fœlix mens cui uerbū indiuiduꝰ comes:ubiq; ſe affabilē
præbet:cuius indeſinenter oblectata ſuauitate facundiæ:
Ephe.5. à carnis moleſtiis & uitiis ſeſe uindicet omni hora redimē
do tp̄s à diebus malis.Non laſſabit,nō moleſtabitur:quo
niam ſicut dicit ſcriptura.Nō cōſtriſtabit iuſtū quicqd ei
puer.12. acciderit. D Iā uerò magni patrisfamilias ſeu regiæ ma-
ieſtatis ſchema apparere exiſtimo his qui accedētes ad cor
altum:de maiori ſpūs libertate & puritate conſcientiæ
magnanimiores facti cōſueuerūt audere maiora:inquieti
prorſus & curioſi ſecretiora penetrare : & apprehendere
ſublimiora:& tentare perfectiora,non modo ſenſuum:ſed
& uirtutū.Hi eñ pro fidei magnitudine digni inueniun-
tur qui inducātur in omnē plenitudinem:nec eſt omnino
in omnibus apothecis ſapiētiæ à quo deus ſcientiarū dñs
arcēdos cēſeat:cupidos ueritatis,uanitatis non conſcios.
Exo.33. Talis erat moyſes qui audebat dicere deo. Si inueni gra-
tiam in oculis tuis:oſtende mihi teipſum.Talis philippus
Ioan.14 qui ſibi & ſuis condiſcipulis patrem flagitabat oſtendi.
Talis & Thomas:q niſi ſua manu tangeret uulnus & foſ- Ioan.20
ſum latꝰ:credere recuſabat.Puſilla fides:ſed de magnitudi
ne animi miro modo deſcendens.Talis quoq; Dauid qui
& ipſe dicebat deo.Tibi dixit cor meū,exquiſiuit te facies Pſal.26.
mea:faciem tuam dñe requirā.Tales itaq; magna audent,
qm̄ magni ſunt:& q̄ audet obtinēt iuxta uerbū promiſſio
nis ad ipſos:quod eſt iſtiuſmodi. Quēcunq; locum calca- Deut.11.
uerit pes ueſter:ueſter erit.Magna ſiquidem fides;magna
meretur,& quatenus in bonis domini fiduciæ pedem por
rexeris:eatenus poſſidebis. B Deniq; moyſi ore ad os lo Nu.41.
quitur deus:& palam non per enigmata & figuras domi-
num uidere meret:cum prophetis aliis tantum in uiſione
appere ſe dicat:& p ſomniū loq.Philippo quoq; ſm peti- Ioan.41
tionē cordis ſui oſtenſus eſt pater in filio:in eo ꝓculdubio
qđ icōtinēti audiuit.Philippe q uidet me,uidet & patrē: Ioan.12.
qa ego in p̄re & pater in me eſt:Sed & Thomæ iuxta deſi
deriū cordis eius palpādū ſe præbuit:& uolūtate labiorū Pſal.131.
eius non fraudauit eum.Quid dauid? Nónne & ipſe uoto
ſe oīno fraudari ſignificat ubi ait:nō daturum ſe ſomnum
oculis ſuis:nec palpebris ſuis dormitationē:donec inueni
ret locū dño? Igitur iſtiuſmodi magnis ſpiritibus,magnꝰ
occurrit ſponſus:& magnificabit facere cum eis :emittens
lucem ſuā & ueritatē ſuam:eoſq; deducēs & adducens in
montē ſanctū ſuum & in tabernacula ſua:ita ut dicat qui
eiuſmodi eſt,qa fecit mihi magna q potens eſt.Regem in Pſal.42
decore ſuo uidebunt oculi eius præeūtem ſe ad ſpecioſa Lucæ.1.
deſerti:ad flores roſarū & lilia conuallium:ad amœna hor Eſaiæ.33
torū & irrigua fontiū:ad delitias cellariorū & odoramē-
ta aromatū:poſtremò ad ipſa ſecreta cubiculi. C Iſti ſunt
theſauri ſapientiæ & ſcientiæ penes ſponſum abſconditi:
hæc uitæ paſcua p̄parata in refectionē animarū ſanctarū.
Beatꝰ uir qui impleuit deſideriū ſuū ex ipſis.Hoc ſolū ad Pſal.126
monitꝰ ſit,ne ſolꝰ habere uelit quæ poſſunt ſufficere plu-
ribus.Propterea eñ fortaſſis poſt iſta oīa ſponſus tanquā
paſtor apparere deſcribitur:ut proinde admoneatur aſſe-
cutor tantorum munerum paſcendi gregis ſimpliciorum:
qui ſcilicet tam non ualent per ſemetipſos apprehendere
iſta:quàm nō audent ſine paſtore oues exire in paſcua.De Canti.1.
niq; hoc ipſum ſponſa prudenter aduertēs poſtulat ſibi in
dicari ubi ip̄e paſcat & cubet ſub meridiano feruore:pata
(ut qdē ex hoc intelligi dat) paſci & paſcere cū illo & ſub
illo.Nec enim tutū arbitratur lōge agere gregē à ſummo
paſtore:nimirū ob incurſiōes luporū:eorū maxime q ue-
niūt ad nos in ueſtimentis ouiū: & ꝓterea ſatagit in eiſdē
cum ipſo pariter paſcere paſcuis & cubare umbris.Et cau
ſam ponit.Ne incipiam (inquiens) uagari poſt greges ſo
daliū tuorū:ipſi ſunt q ſe uolūt uideri amicos ſpōſi & non
ſunt:& cū ſuos nō illiꝰ greges paſcere cura ſit eis:hinc in-
de tñ inſidiātes,dicunt.Ecce hic eſt xp̄s:ecce illic eſt:uide
licet ut multos ſeducāt & abducāt à xp̄i gregibꝰ & ſociēt
ſuis.Hoc pro literæ textu.Iā uerò ſpiritualē ſenſum q i ea
latet:ſub alio ſermōis principio expectate:quicquid illud
erit quod mihi inde uobis orantibus ſua miſericordia par
tiri dignabit ſponſus eccleſiæ Ieſus chriſtus dominus no
ſter:qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula.Amen.

De his quæ ſemper ſectanda ſunt à mente deuota
& quid ſit meridies,& de quatuor generibus
tentationum ſemper euitandis.

Sermo.XXXIII. D

INdica mihi quē diligit anima mea,ubi paſcas, Iob.10.
ubi cubes in meridie.Et aliꝰ quidam. Indica,ī
quit,mihi cur me ita iudices? Vbi non ſanè ſen
tentiam cauſatur,ſed ſcrutatur cauſam,erudiri Pſal.24.
flagellis petens,non erui.Item alius precatur dicens.Vias
tuas domine demonſtra mihi :& ſemitas tuas edoce me. Pſal.22.
Quas dixerit uias uel ſemitas manifeſtat alibi. Deduxit
me,inquiens,ſuper ſemitas iuſtitiæ. Ergo tria iſta anima
curioſa dei non ceſſat inquirere iuſtitiam:& iudiciū,& lo
cum habitationis gloriæ ſponſi:tanquā uiā in qua ambu-
let:cautelā qua ambulet:& ad quam ambulet manſionem.
de qua māſiōe ſic habes ī propheta.Vnā petii,inqt, à dño Pſal.26.

Pſal.25. hāc requirā:ut inhabitē in domo dn̄i omnibꝰ diebꝰ uitæ
Pſal.88. meæ.Et iterū.Dn̄e dilexi decorē domꝰ tuæ:& locū habita
tionis gl'iæ tuæ. Porrò de reliq̄s duobꝰ:iuſtitia & iudiciū
ait,præparatio ſedis tuæ.Merito tria iſta mēs deuota req
rit,utpote ſedē dei,& ſedis ꝑparationē.Et pulchre in ſpō
ſæ ꝓrogatiuā cōcurrūt pariter oīa ad cōſummationē uir
tutū:ut de forma iuſtitiæ ſit formoſa:de iudiciorū notitia
cauta:de deſiderio ꝑſentiæ ſeu gloriæ ſponſi caſta.Talem
prorſus decet eſſe ſponſam dn̄i pulchrā:eruditā & caſtam.
Ergo petitio quā ultimā poſui,iſtiꝰ eſt loci. Petit ſiquidē
ab eo quē diligit aīa ſua indicari ſibi ubi paſcat,& ubi cu
bet ī meridie.Et prio aduerte quàm elegāter amorē ſpūs
à carnis diſcernat affectu:dū dilectū exprimere magis ipā
affectiōe quàm noīe uolēs nō ſimpliciter quem diligo:ſed
ō,inq̄t,quē diligit aīa mea:ſpūalem deſignās dilectionē?
Deinde qdnā cā in loco paſcuæ adeo delectet diligēter at
tēde.Sed nec illud ꝑtereat te de hora meridiana.& ꝙ is po
tiſſimum explorat̃ locus:in quo qui paſcit cubat ſimul:ꝙ
eſt magnæ ſecuritatis indiciū.Arbitror em̄ ob hoc additū
cubat:ꝙ eo loci minime neceſſe ſit ſtare & uigilare ſup cu
ſtodiā gregis:qn̄ grex etiā cubāte paſtore & pauſante ſub
umbris libere nihilominꝰ diſcurrat ī paſcuis.Fœlix regio
in qua pro libitu oues ingrediūt̃:& egrediuntur:& nō eſt
q exterreat.Quis mihi tribuat uidere uos,mecꝫ pariter in
montibus paſci una cū illis nonagintanouē q̄ illic relictæ
Matt.18 legūtur:cū paſtor earū dignāter ad unā deſcendit,q̄ erra
uerat? Secure proculdubio cubat ꝓpe:qui & longe rece
dere minime dubitauit:ſciēs quia in tuto eas reliquerat.
Merito ſpōſa illo ſuſpirat,mirito ihiat loco paſcuæ ſimul
& pacis:ſed quietis,ſed ſecuritatis,ſed exultatiōis,ſed ad
miratiōis,ſed ſtuporis.Nā & me miſerū heu lōge agentē:
& de lōge ſalutātē,En ipſa eiꝰ recordatio ad lachrymas ꝓ
Pſal.136 uocat:plane iuxta affectionē & uocē dicētiū.Super flumi
na babylonis illic ſedimus & fleuimus:dū recordaremur
tui ſion. C Libet exclamare & me,cū ſponſa pariter & cū
Pſal.47. ꝓpheta.Lauda deū tuū ſion qm̄ confortauit ſeras portarū
tuarū:bn̄dixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacē
& adipe frumēti ſatiat te.Quis nō illic uehementer cupiat
paſci & ꝓpter pacē & ꝓpter adipē & ꝓpter ſatietatē? Ni
hil ibi formidat̃,nihil faſtidit̃,nihil deficit.Tuta habitatio
paradiſus dulce pabulū uerbū,opulētia multa nimis æter
nitas.Habeo & ego uerbū,ſed ī carne,& mihi apponitur
ueritas,ſed in ſacramēto. Angelꝰ ex adipe frumēti ſagina
tur,& nudo ſaturat̃ grano:me oportet īterim quodā ſacra
mēti cortice eſſe cōtentū,carnis furfure,literæ palca, uela
mine fidei.Et hæc talia ſunt q̄ guſtata afferūt mortē:ſi nō
de primitijs ſpūs quātulūcūqꝫ accipiāt cōdimētū. Prorſꝰ
4.Re.4 mors mihi in olla:niſi ex ꝓphetæ farinula dulcoretur.De
niqꝫ abſqꝫ ſpū & ſacramentū ad iudicium ſumitur:& caro
nō prodeſt quicquā:& litera occidit: & fides mortua eſt.
Sed ſpūs eſt q uiuificat:ut uiuā in eis. D At quātalibet
ſanē abūdantia ſpūs pingueſcant iſta:nō pari omnino io
cunditate ſumitur cortex ſacramenti & adeps frumenti:fi
des & ſpes:memoria & ꝑſentia:æternitas & tēpus:uultus
& ſpeculū:imago dei & forma ſerui. Nempe in omnibus
his fides locuples mihi:intellectus paup. Nūqd uerò par
ſapor intellectui fideiqꝫ cum ſit in meritum iſta:ille in præ
mium? Vides ergo diſtare inter pabula:quantum & inter
loca:& ſicut exaltant̃ cæli à terra,ita habitātes ī eis bonis
potioribus abūdare.Feſtinemꝰ proinde filij feſtinemꝰ ad
locū tutiorē,ad paſtū ſuauiorem,ad uberiorem & fertilio
rem agrum.Feſtinemus ut habitemus ſine metu,abunde
mus ſine defectu,epulemur ſine faſtidio.Tu enim domine
ſabaoth qui cū tranquillitate iudicas omnia:etiam cū ſe
curitate æque omnia ibi paſcis:idēipſe & dominꝰ exerci
Actu.7. tuum & paſtor ouium.Ergo & paſcis & cubas pariter,ſed
nō hic.Deniqꝫ ſtabas cū è cælo proſpiceres unam ex tuis
ouiculis (ſtephanum loquor) à lupis circundari ſuper ter
ram.Et ꝓpterea quæſo indica mihi ubi paſcas, ubi cubes
in meridie,hoc eſt tota die. Etenim illa meridies tota eſt
Pſal.83. dies:& ipſa neſciens ueſperam.Et ideo melior dies illa in

atrijs tuis ſuper milia:quia neſcit occaſum.At matutinum
forſitan,habuit,cum primum uidelicet dies ſctificatus illu
xit nobis per uiſcera utiqꝫ miſericordiæ dei noſtri:in qbꝰ
uiſitauit nos oriens ex alto.Vere tunc ſuſcepimus deꝰ mi
ſericordiam tuā in medio templi tui : cū in medio umbræ
mortis,exortꝰ matutini lux orta eſt nobis:& uidimus glo
riam domini.Quanti reges & prophetæ uoluerūt uidere
& nō uiderūt? Quare:niſi qa nox erat:& necdū uenerat il
lud expectatum mane cui fuerat repromiſſa mia? Vnde &
orabat quis dicēs. Auditam fac mihi mane miſericordiā Pſa.142
tuā:quia in te ſperaui. B Fuit nāqꝫ quædā huius aurora
diei:ex quo ſol iuſtitiæ per archangelū gabrielē nūciatꝰ
eſt terris:& uirgo deū in utero de ſpūſctō cōcepit & pepe
rit uirgo,ac deinceps quoad in terris uiſus eſt:& cū homi
nibus cōuerſatus eſt.Nā uſqꝫ adeò per totum id temporis
lux puſilla & tanquam lux reuera auroræ appuit: ut diem
eſſe iterim apud homines penè uniuerſitas ignoraret.De 1.Cor.2.
niqꝫ ſi cognouiſſent:nūquā dn̄m gloriæ crucifixiſſent. Et Ioan.12.
utiqꝫ ipſis paucis diſcipulis dicebatur.Adhuc modicū lu
men in nobis eſt:eo ꝙ aurora eſſet,& initium uel potius ī
diciū diei:dū ſol adhuc abſconderet radios ſuos, & mini
me eos ſpargeret ſuper terram.Paulus quoqꝫ dicebat:qm̄ Rom.13.
nox ꝑceſſit,dies aūt appropinquauit:ſignificans eſſe tūc
adhuc adeò modicum lumen ut propinquaſſe quàm ueniſ
ſe diem dicere maluerit.Qn̄ autem hoc dicebat? Profectò
ſol reuerſus ab inferis:iam ſe ad alta cæli ſuſtulerat.Quan
to magis,cū adhuc ſimilitudo carnis pc̄ti inſtar denſæ nu
bis opiret aurorā:iuxta oēs nimirum noſtri corpis paſſio
nes:ita ut neqꝫ amara mors,nec crux probroſa defuerit?
Quāto magis (inquā) tūc exigua tenuiſqꝫ admodum lux
fuit:& quæ de auroræ magis quam de ſolis ꝓdire ꝑſentia
uideret? Erat ergo aurora:& ipa ſuboſcura ſatis: tota illa
chriſti cōuerſatio ſuper terrā:uſqꝫ dū occumbens & rur
ſum exoriēs:ſolaris ſuæ pn̄tiæ lumine clariori fugauit au
rora,& mane facto abſorpta eſt nox in uictoria. C Deni
qꝫ habens.Et ualde mane una ſabbatorū ueniūt ad monu Mat.16.
mentum orto iam ſole.An nō mane fuit quando ortus eſt
ſol? Attulit aūt nouū de reſurrectiōe decorē: & ſereniorē
ſolito lucē:qm̄ etſi noueramus cū ſm carnem,ſed nūc iam 2.Cor.5.
non nouimus.Eſt ſcriptum in propheta decorem induit: Pſal.92.
induit fortitudinem et præcinxit ſe:ꝙ carnis infirma tan
quā nubila quædā excuſſerit,ſtolam gloriæ induens.Sane
extunc eleuatus eſt ſol,& ſenſim demū diffundens ſuos ra
dios ſuper terrā:cœpit paulatim ubiqꝫ clarior apparere,
feruidiorqꝫ ſentiri. Verū quātūlibet incaleſcat & inuale
ſcat:multiplicet & dilatet radios ſuos ſuper oē huius nr̄æ
mortalitatis curriculū (erit em̄ nobiſcū uſqꝫ ad conſum
mationē ſeculi) nō tn̄ ad meridianū ꝑueniet lumen:nec in
illa ſui plenitudine uidebitur modo:in qua uidendus eſt
poſtea:ab his dūtaxat quos hac uiſione ipſe dignabit̃. O
uere meridies:plenitudo feruoris & lucis,ſolis ſtatio,um
brarū exterminatio,deſiccatio paludū,fœtorū depulſio.
O perenne ſolſtitiū,quando iā nō inclinabitur dies:ō lu
mē meridianū,ō uernalis tēperies,ō æſtiua uenuſtas,ō au
tūnalis ubertas & (ne qd uidear prætereiſſe) ō quies & fe
riatio hyemalis? Aut certè ſi hoc magis probas ſola tunc
hyems abijt & receſſit. Hūc locū (inquit) tātæ claritatis
& pacis & plenitudinis indica mihi,ut quēadmodum Ia Gen.32.
cob adhuc in corpore manens uidit dn̄m facie ad faciem Num.12.
& ſalua facta eſt anima eius,uel certè ſicut Moyſes uidit
eum non per figuras & enigmata ſeu per ſomnia,uti pro
phetæ alij,ſed mō planè ꝑcellenti atqꝫ inexperto cæteris ſi
bi noto deo,uel ſicut Eſaias reuelatis oculis cordis uidit
eum ſuper ſolium excelſum & eleuatum,uel etiam quomo
do paulꝰ raptus in paradiſum audiuit uerba ineffabilia,& 2.Co.12.
dn̄m ſuum.Ieſum xp̄m uidit oculis ſuis,ita ego quoqꝫ te ī
lumine tuo & ī decore tuo per mētis exceſſum merear cō
tēplari paſcentē uberius,quieſcentem ſecuriꝰ.Nam & hic
paſcis,ſed non in ſaturitate.Nec cubare licet,ſed ſtare &
uigilare oportet propter timores nocturnos. A Heu nec
clara lux nec plena refectio,nec māſio tuta,& ideo indica
mihi ubi

Matt.5. mihi ubi paſcas:ubi cubes in meridie. Beatā me dicis cū
eſurio & ſitio iuſtitiā.Quid hoc ad illorū fœlicitatem:qui
Pſal.54. repleti ſunt in bonis domus tuæ qui epulantur & exultāt
Pſal.79. in conſpectu dei:& delectātur in lætitia? Sed & ſi quid pa
Matt.5. tior propter iuſtitiā nihilominus beatam pronuncias. Et
certe paſci ubi timeas pati,iocunditatē habet,ſed non ſe
curitatem.Porrò aūt paſci & pati ſimul nónne moleſta io
cunditas eſt? Omnia mihi hic cedūt citra perfectū,plura
Pſal.15. præter uotū:& tutū nihil. Qn̄ adimplebis me lætitia cum
Pſal.26. uultu tuo? Vultū tuū dn̄e requirā. Vultus tuus meridies
eſt.Indica mihi ubi paſcas,ubi cubes in meridie. Scio ſa
tis ubi paſcas nō cubans: indica mihi ubi paſcas & cubes.
Non ignoro ubi alijs temporibus paſcere ſoleas : ſed ſci
re uelim ubi in meridie paſcas. Nam in tempore quidem
mortalitatis meæ:& in loco peregrinationis meæ conſue
ui ſanè ſub tua cuſtodia paſci & paſcere in lege & prophe
tis & pſalmis de te:nec non in euangelicis paſcuis,& apud
apoſtolos ſimiliter requieui, frequenter etiā de geſtis ſan
ctorum & uerbis & ſcripturis eorū uictū mihi atqꝫ attinen
tibus mihi mendicaui ut potui:frequētius aūt (qm̄ is ma
Pſal.41. gis ad manū fuit) manducaui panē doloris:& uinum com
punctionis bibi : & factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panes
die ac nocte:dum dicitur mihi quotidie ubi eſt deus tuꝰ.
Pſal.22. Niſi ꝙ de menſa tua ſiquidē paraſti in conſpectu meo mē
ſam aduerſus eos qui tribulant me. De ipſa,inquam,tuæ
quidē beneficio miſerationis accipio:in quo utcūqꝫ reſpi
ro quoties triſtis eſt anima mea:& quoties conturbat me.
Hæc paſcua noui & frequentaui te ſecuta paſtorē:ſed idi
ca quæſo etiā quæ nō noui. C Sunt qdē & alij paſtores:
qui dicunt ſe eſſe ſodales tuos, & nō ſunt:habētes greges
ſuos & fines ſuos pabulo mortis refertos:in qbus paſcunt
nec tecum nec per te:quorum utiqꝫ terminos non intraui
Mar.13. nec appropiaui eis.Ipſi ſunt qui dicunt.Ecce hic eſt xp̄s:
ecce illic eſt promittentes ſapiæ & ſciæ paſcua uberiora,
& credit̃ eis:& cōfluunt ad eos multi:& faciunt eos filios
gehēnæ duplo quàm ſe.Cur hoc niſi quia non eſt ibi me
ridies & perſpicua lux ut liq̄do ueritas cognoſcat̃:facileqꝫ
Prou.9. pro ea recipit̃ falſitas ꝓpter uerìſimilitudinē:quæ nō faci
le in obſcuro à uero diſcernit̃:præſertim qa aquæ furtiuæ
Canti.1. dulciores ſunt & panis abſcōditus ſuauior? Et propterea
quæſo ut indices mihi ubi paſcas ubi cubes in meridie.i.
in manifeſto:ne ſeducta incipiam uagari poſt greges ſoda
liū tuorū:quēadmodū & ipſi uagi ſunt:nulla ſtabiles cer
titudine ueritatis:ſemp diſcentes,& nūquā ad ſciam ueri
tatis peruenientes.Hæc ſpōſa ꝓpter philoſophorū & hæ
reticorū uaria & uana dogmata.Mihi uerò uidet̃ nō ſolū
Pſal.10. ꝓpterea:ſed & ꝓpter dolos iuiſibiliū poteſtatū:ſicut ſunt
ſeductorij ſpūs ſedentes in inſidijs:& parātes ſagittas ſuas
in pharetra:ut ſagittent in obſcuro rectos corde.Propter
hos,inquā,& maxime uidetur mihi illa meridies optanda
etiā nobis:ut clara luce deprehendamus aſtutias diaboli:
atqꝫ angelū ſatanæ illū qui ſe trāsfigurat in angelū lucis,
2.Co.11. ab angelo noſtro facillime diſcernamus. Non enim aliter
nos cuſtodire ſufficimꝰ ab īcurſu & dæmonio meridiano
Pſal.90. niſi in meridiano æque lumine. A Quod quidē dæmo
nium idcirco meridianū dictū exiſtimo : quia ſunt aliqui
de numero malignorū:qui cū merito tenebroſæ obſtina
tæqꝫ uoluntatis ſuæ nox & nox perpetua ſint:die tn̄ ſe ad
fallendū ſimulare uoluerunt:nec modo die:ſed & meridie:
ſicut eorū princeps nō cōtentus eſſe æqualis deo:etiā ad
uerſat̃ & extollit̃ ſupra id quod dicit̃ aut quod colit̃ deus.
Itaqꝫ niſi cordi illius quē fortè aliquod iſtiuſmodi dæmo
nium meridianū tentandū acceperit:oriens ex alto illuxe
rit uerus meridies:qui falſum conuincat & prodat:nō po
terit oīno caueri:ſed tentabit & ſupplantabit ſine dubio
ſub ſpecie boni,pro bono ſcilicet malū,incauto & impro
uido perſuadens.Et tūc meridies,id eſt maior claritas ap
paret tentans,cū quaſi boni maioris imaginē ꝑfert. Quo
ties (uerbi cauſa) ſuggeſſit anticipare uigilias, quo ad ſo
lēnia fratrum illuderet dormitantis? Quoties produci ieiu
nia ut diuinis obſeqjs eō inutilē redderet, quo imbecil

lem? Quoties bene ꝓficiētibꝰ ī cænobijs inuidēs obtētu
quaſi maioris puritatis eremū petere perſuaſit:& cogno Eccle.4.
uerunt miſeri tandem quàm uerus ſit ſermo quem fruſtra
legerant:uæ ſoli:qm̄ ſi ceciderit nō habet ſubleuātē.Quo
ties ad opus manuum plus quàm opus fuerat incitauit:&
fractū uiribus cæteris regularibus exercitijs inualidū red
didit? Quàm multis exercitationem corporis (quæ iuxta
aplm̄ ad modicū ualet) non modicam perſuaſit & pietate
fraudauit. B Deniqꝫ ipſi experti eſtis qūo quidam (ad
uerecūdiā illorū dico) qui ante inhiberi nō poterāt,ita in Galat.3.
ſpū uehementi ad oīa ferebant̃:poſt ad tantā ignauiam de
uenerunt:ut ſm illud apl'i cū ſpū cœperint:nūc carne con
ſummentur:quàm turpe inire fœdus cū ſuis corporibꝰ qbꝰ
crudele ante indixerant bellū.Videas ꝓh pudor īportune
ſupflua q̄ritate:qui prius neceſſaria obſtinātiſſime recuſa
bant. Quāquā ſi q in ſua fortè inuicti obſtinatiōe ꝑdurāt
indiſcretius abſtinētes: & ſingularitate notabili cōturbā
tes eos cū qbꝰ habitare debēt unius moris in domo:haud
ſcio ſanè an ſe exiſtimēt pietatem retinere:cum hmōi mihi
uideant̃ & lōgius abieciſſe. Nā qui ſapiētes in oculis ſuis
decreuerunt apud ſe nec cōſilio acquieſcere nec precepto 1.Reg.15
uideant qd reſpōdeant nō mihi,ſed dicēti:qm̄ quaſi pc̄tm̄ Ibidem.
ariolandi eſt repugnare : & quaſi ſcelꝰ idolatriæ nolle ac
quieſcere. Præmiſerat aūt:qa melior eſt obedientia quàm Pſa.149
uictima: & auſcultare magis quàm offerre adipē arietum,
id eſt abſtinentiā cōtumaciū.Vnde dn̄s p ꝓphetā. Nūqd
manducabo,ait,carnes taurorum aut ſanguinē hircorum
potabo? Significans minime ſibi accepta fore ieiunia ſu
perborū uel immūdorū. C Sed ſanè uereor ne dānantes
ſuperſtitioſos uideamur fræna laxare guloſis:& audiāt illi Pſal.90.
ad periculū ſui qđ ad remediū his dicit̃. Quāobrē audite
utraqꝫ pars:quatuor eſſe tentationū genera:& ipſa nobis
ita ꝓphetico ſermone deſcribi. Scuto,inquit,circūdabit
te ueritas eius:nō timebis à timore nocturno:a ſagitta uo
lante in die, à negocio perābulante in tenebris:ab īcurſu
& dæmonio meridiano.Attendite nihilominꝰ & uos alij: Eccleſi.
quod oībus ſpero profuturū. Illud oēs in nobis ſentimꝰ
& ſenſimus q cōuerſi ſumꝰ ad dn̄m qđ ſancta ſcriptura di
cit.Fili accedens ad ſeruitutem dei:ſta in timore:& prepa
ra aīam tuā ad tētatiōnē.Itaqꝫ primordia noſtræ conuer
ſionis (iuxta cōis qdē experiētiæ rōnem) primꝰ exagitat
timor:quē intrātibꝰ ſtatum horror uitæ ingerit arctioris
& inſueta auſteritas diſciplinæ. At is timor nocturnus di
cit̃, uel quia nox in ſcripturis deſignare ſolet aduerſa:uel
qm̄ ꝓpter qđ aduerſa pati aggredimur,id nōdū reuelatū Rom.8.
eſt. Si em̄ dies ille luceret in cuiꝰ lumīe pariter & labores
& ꝑmia uideremꝰ: timor oīno quorūuis laborū nullꝰ eēt
pre deſiderio præmiorū:dū clara luce appareret: qm̄ non
ſunt cōdignæ paſſiōes huius tpis ad futurā gloriā quæ re
uelabit̃ in nobis. Nūc uerò qm̄ abſcōdita ſunt ab oculis
noſtris,& nox eſt interim in hac parte:tentamur nimirū a
timore nocturno:& pro bonis quæ nō uidemus:formida
mus quæ impræſentiarū ſunt aduerſa tolerare.Vigilandū
proinde & orādū primo intrantibus cōtra hāc primā tēta
tionē:ne ſubito præoccupati à puſillanimitate ſpūs & tē
peſtate:à bono cœpto (qđ abſit) reſiliant. A Supata au
tē hac tētatiōe,armemus nos nihilominus & aduerſus ho
minum laudes:quæ de laudabili potiſſimū uita ſumūt ma
teriā. Alioquin patebimus uulneri à ſagitta uolāte in die:
quæ eſt inanis gloria. Fama ſiqdē uolat:& ideo in die:qa
ex operibꝰ lucis.Si hæc exufflat̃ tanquā inanis aura:reſtat
ut ſolidius aliqd afferat̃ de diuitijs & honoribus ſeculi:ſi
fortè qui non curat laudes:appetat dignitates. Et uide ſi Mat.4.
non hic ordo tentandi ſeruatus eſt in dn̄o noſtro:cui poſt
ſuggeſtū ad ſolā uanitatē ꝑcipitium:oſtēſa ſunt oīa regna Pſal.90.
mundi atqꝫ oblata.Tu ergo exemplo dn̄i & iſta renue.Ali
ter neceſſe eſt circumueniri te à negotio perambulante in
tenebris: quod eſt hypocriſis. Etenim iſta de ambitione
deſcendit:& in tenebris habitatio eius:qppe abſcōdit qđ
eſt,& quod nō eſt mētitur.Negotiat̃ aūt omni tpe:forma
retinens pietatis ad ſeſe occultandū : uirtutem autem ei

uendicans & emens honores. B Poſtrema tentatio eſt
dæmonium meridianum, ꝙ ſoleat maxime inſidiari per-
fectis: q uidelicet tanquā uiri uirtutum oīa ſuperauerint:
uoluptates, fauores, honores. Quid enim iam ſupereſt ei
qui tētat in quo poſſit pugnare palam aduerſus huiuſmo
di? Venit ꝓinde occultus qui manifeſtus non audet, &
quē ſatis expertus eſt apertū oē horrere malū: falſo bono
ſupplātare molit̃. Qui aūt dicere poſſunt cū ap̄lo. Nō eñ
ignoramus aſtutias eiꝰ: quò plus proficiunt: eò magis ſo-
liciti ſunt cauere à laqueo iſto. Hinc eſt ꝙ Maria angeli-
ca ſalutatione turbatur: dolum (niſi fallor) ſuſpicans. Et
Ioſue non prius amicū angelū ſuſcipit, quàm eſſe amicum
nouerit. Deniq; ſuſcitatur ſuuſne ſit an aduerſariorum,
tanquam qui expertus ſit dæmonij meridiani uerſutias.
Apoſtoli quoq; aliq̃n cum laborarent in remigando uen
to aduerſante & iactāte nauiculā, uidētes dn̄m ambulantē
ſupra mare, & putantes eſſe fantaſma: ita ut clamarēt præ
Mat.6. timore: nónne apertā meridiani ſuſpicionē dæmonij præ-
tenderūt? Et recordamini ſcripturæ dicētis: quia quarta
uigilia noctis uenit ad eos ambulās ſupra mare. C Quar
to igitur, id eſt ſupremo demum loco hæc tentatio formi-
detur & quò ſe in ſummo ſtare quis uiderit: eò ſibi uigilā
tius ab incurſu, & dæmonio meridiano cauendum intelli
Mat.28 gat. Porrò diſcipulis uerus ſe manifeſtauit meridies in eò
ꝙ audierunt, ego ſum nolite timere, & falſi ſuſpicio ab eis
depulſa eſt. Vtinam & nobis quoties palliata falſitas mo-
litur irrepere: emittat lucem ſuam, & ueritatem ſuam ad ꝓ
dendam illā oriēs exalto uerus meridies, & diuidat lucem
à tenebris: ut nō notemur à propheta tanquā ponētes lu-
cē tenebras & tenebras lucē. D Adhuc niſi tædio fue-
rit lōgitudo ſermōis, has quatuor tentationes tētabo ſuo
ordine aſſignare ipſi corpori xp̄i, quod eſt eccleſia. Et ec-
ce quàm breuius poſſum percurro. Videte primitiuam ec
cleſiā: ſi non primo peruaſa eſt acriter nimis à timore no-
cturno. Erat enim nox q̃n oīs qui interficeret ſanctos ar-
bitrabat̃ obſequiū ſe præſtare deo. Hac aūt tentatiōe de
uicta & ſedata tēpeſtate, inclyta facta eſt, & iuxta ꝓmiſſio-
nem ad ſe factā in breui poſita in ſuperbiā ſeculorū. Et do
lens inimicus ꝙ fruſtratus eſſet à timore nocturno: con-
uertit ſe callide ad ſagittā uolantē in die, & uulnerauit in
ea quoſdam de eccleſia. Et ſurrexerunt hoīes uani, cupidi
gloriæ, & uoluerūt ſibi facere nomen, & exeūtes de eccle
ſia diu eandē matrē ſuā afflixerūt in aduerſis & peruerſis
dogmatibus, ſed hæc quoq; peſtis depulſa eſt in ſapientia
ſanctorū, ſicut & pria in patientia martyrū. En tēpora iſta
libera quidē deo miſerāte ab utraq; illa malitia, ſed planè
fœda in negotio perambulāte ti tenebris. Væ generatiōi
huic a fermento phariſæorū quod eſt hypocriſis: ſi tn̄ hy-
pocriſis dici debet, quæ iam latere præ abūdātia non ua-
let, & præ impudētia non quærit. Serpit hodie putida ta-
bes per oēm corpus eccleſiæ, & quò latius, eò deſperatiꝰ:
eoq; periculoſius, quo interius A Nam ſi inſurgeret
apertus inimicus hæreticus, mitteretur foras & areſceret
ſi uiolentꝰ inimicꝰ, abſcōderet ſe forſitā ab eo. Nūc uero
quē eijciet: aut a quo abſcōdet ſe? Oēs amici, & oēs inimi
ci, oēs neceſſarij, & oēs aduerſarij, oēs domeſtici, & nulli
pacifici: oēs proximi, & oēs quæ ſua ſunt quærētes. Mini
ſtri xp̄i ſunt, & ſeruiūt antichriſto. Honorati incedunt de
bonis dn̄i: qui dn̄o honorē nō deferunt. Inde is quē quo
tidie uides meretricius nitor: hiſtrionicus habitus, regiꝰ
apparatus: inde aurum in frænis: in ſellis & calcaribus, &
plus calcaria quam altaria fulgent. Inde ſplēdidæ menſæ
& cibis, & ſcyphis, inde cōmeſſationes & ebrietates, inde
Pſal.43. cithara, & lyra, & tibia, inde redundantia torcularia, &
pomptuaria plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia
pigmētaria: inde referta marſupia. Pro hmōi uolunt eſſe,
& ſunt eccleſiarum præpoſiti, decani, archidiaconi, ep̄i, ar
chiep̄i. Nec eñ hæc merito cedunt: ſed negotio illi quod
perambulat in tenebris. Olim prædictū eſt, & nunc tēpus
Eſa.38. impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea ama-
riſſima. Amara prius: in nece martyrum: amarior poſt in
conflictu hæreticorū: amariſſima nūc in moribus domeſti
corum. Non fugare, nō fugere eos poteſt, ita inualuerūt, Pſal.39.
& multiplicati ſunt ſuper numerū. Inteſtina & inſanabi-
lis eſt plaga eccleſiæ, & ideo in pace amaritudo eius ama-
riſſima. Sed in qua pace? Et pax eſt & nō eſt pax. Pax à
paganis: & pax ab hæreticis: ſed non profectò à filijs. Vox
plangentis in tempore iſto. Filios enutriui & exaltaui, ipſi Eſaiæ.1.
aūt ſpreuerūt me. Spreuerunt & maculauerunt me à turpi
uita: à turpi quæſtu: à turpi commercio: à negotio deniq;
perambulante in tenebris. Supereſt ut iam de medio fiat Pſal.90.
dæmoniū meridianū ad ſeducendos ſi qui in xp̄o reſidui
ſunt adhuc permanētes in ſimplicitate ſua. Siquidem ab-
ſorbuit fluuios ſapientiū, & torrētes potentiū, & habet fi Iob.40.
duciam ut iordanis influat in os eius. i. ſimplices & humi-
les qui ſunt in eccleſia. Ipſe enim eſt antichriſtus, qui ſe nō
ſolū diē: ſed & meridiē mentiet̃, & extollet̃ ſupra id quod
dicit̃ aut quod colitur deus: quē dn̄s ieſus interficiet ſpū
oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduētus ſui: utpotè uerus
& æternus meridies, ſpōſus & aduocatus eccleſiæ: qui eſt
ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Sermo. XXXIIII. in quo tractatur de hu
militate & patientia. C

SI ignoras te ô pulchra inter mulieres. egredere Canti.1.
& abi poſt greges ſodalium tuorū: & paſce hœ
dos tuos iuxta tabernacula paſtorū. Olim ſan-
ctus Moyſes q̃m multū præſumebat de gratia
& familiaritate quam inuenerat apud deum: aſpirabat ad
quandam uiſionem magnam: ita ut diceret deo. Si inueni
gratiā i oculis tuis: oſtende mihi teip̄m. Accepit autē pro
ea uiſionē longe inferiorē: ex qua tn̄ ad ipſam quam uole-
bat poſſet aliq̃n peruenire. Filij quoq; Zebedæi i ſimpli
citate cordis ſui ambulantes: magnū aliqd & ipſi auſi ſunt
ſed ad gradū nihilominꝰ ſunt reducti per quē fuerat aſcē-
dēdū. Ita & modo ſpōſa q̃m rē grādem poſtulare uidetur:
reprimit̃ ſanè auſteriori reſponſione: ſed planè utili & fide
li. Oportet nāq; hūiliter ſentire de ſe nitentem ad altiora,
ne dū ſupra ſe attollit̃: cadat à ſe: niſi in ſe firmiter ꝑ ueram
humilitatē fuerit ſolidatus. Et qa niſi humilitatis merito
maxima minime obtinent̃: ꝓpterea q ꝓuehendus eſt cor-
reptione humiliat̃: humilitate meret̃. D Tu ergo cum te
humiliari uideris: habeto id ſignum in bonū: oīno argu-
mētū gratiæ ꝓpinquātis. Nā ſicut ante ruinam exaltatur
cor: ita ante exaltationē humiliat̃. Sanè utrūq; legis: deū Iaco.4.
ſcilicet & ſupbis reſiſtere, & hūilibus dare gratiā. Nónne
deniq; ſeruū ſuū Iob cū poſt inſignē triūphū tantā & tam
ꝓbatā ipſiꝰ patientiā larga remunerādā benedictione cen
ſeret: prius in multis & diſtrictis percunctationibus humi
liare curauit, & ſic parare uiā bn̄dictiōi? At parum eſt cū
per ſeipſum humiliat nos deꝰ ſi tūc libēter accipimus, niſi
q̃n & per aliū hoc facit, ſapiamꝰ ſimilr̄. Quāobrē accipite
huiꝰ rei mirabile documētū de ſancto Dauid. Aliq̃n male
dictū eſt illi, & à ſeruo. At ille nec cumulatā iniuriā ſenſit
quia præſenſit gratiā. Quid mihi, ait, & uobis filij ſeruiæ? 2.Re.16.
O uere hoīem ſm̄ cor dei, q ſe ulciſcēti potiꝰ quàm expro
brāti ſuccēſendū putauit. Vnde & ſecura cōſciētia loque-
batur. Si reddidi retribuentibꝰ mihi mala: decidā merito
ab inimicis meis inanis. Vetuit ergo ꝓhiberi maledicum Pſal.7.
cōuiciantē: quæſtū æſtimās maledicta. Et addit. Dn̄s miſit
illū ad maledicēdū Dauid. Prorſus ſm̄ cor dei: q de corde
dei ferebat ſniam. Sæuiebat lingua maledica, & ille inten
debat qd in occulo ageret deꝰ. Vox maledicentis in auri-
bus, & animꝰ inclinabat ſe ad bn̄dictionē. Nūquid i ore
blaſphemi deus? Abſit. Sed eo uſus eſt ad humiliādū Da-
uid. Nec latuit ꝓphetā: qppe cui incerta & occulta ſapiæ
ſuæ manifeſtauerat deus, & ideo dicit. Bonū mihi ꝙ humi Pſal.118.
liaſti me, ut diſcā iuſtificationes tuas. B Vides quia hu-
militas iuſtificat nos? Humilitas dixi, & non humiliatio.
Quāti humiliant̃ & humiles nō ſunt? Alij cum rācore hu-
miliant̃ Alij patiēter: & alij libenter. Primi rei ſunt: ſequē-
tes innoxij: ultimi iuſti. Quāquā & innocētia portio iuſti-
tiæ eſt; ſed cōſummatio eius apud humilē. Qui aūt dicere
poteſt

poteſt: bonū mihi: quia humiliaſti me: is uerè humilis eſt.
Non poteſt hoc dicere qui inuitus tolerat: minꝰ qui mur
murat. Neutri horum ꝓmittimus gratiā ꝙ humiliatur, &
ſi ſanè lōge hi duo à ſe differāt, & alter quidē in patientia
ſua poſſideat āiam ſuam: alter in ſuo murmure pereat. Sed
enim & ſi unus irā: neuter tn̄ gratiā promeretur: q̃m nō
Iaco.4. humiliatis ſed humilibꝰ deus dat gratiam. Eſt autē humi-
lis qui humiliationē cōuertit in humilitatē, & ipſe eſt q di
Pſal.118. cit deo. Bonum mihi ꝙ humiliaſti me. Nemini prorſꝰ qđ
2.Cor.9 patienter fert bonum eſt: ſed planè moleſtū. Scimus aūt ꝙ
Matt.6. hilarē datorē diligit deus. Vnde & cū ieiunamꝰ iubemur
caput noſtrum ungere oleo, & faciē lauare: ut noſtrum ſci
licet opus bonū ſpiritali quodā gaudio cōdiatur: & holo
cauſtū noſtrū pingue fiat. Etem̄ ſola gratiam quā præfert
meret̃ læta & abſoluta hūilitas. Quæ em̄ coacta fuerit uel
extorta: qualis utiq; eſt in uiro patiēte illo q poſſidet ani-
mam ſuā: hæc, inquā, humilitas, etſi uitā obtinet propter
patiētiā: ꝓpter triſtitiā tn̄ gratiā nō habebit. Nō em̄ con-
Iaco.1. gruit ei q eiuſmodi illud eſt ſcripturæ. Gloriet̃ humilis in
exaltatione ſua: q̃m nō ſponte humiliat̃ neq; libenter. Vis
aūt uidere humilē rectè gloriātē, & uere dignum gloria?
2.Co.12. Libēter, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis: ut inha
bitet in me uirtus xp̄i. Nō dicit patienter ſe ferre infirmi-
tates ſuas: ſed & gloriari & libenter gloriari in illis: ꝓbās
etiā ſibi bonū eſſe ꝙ humiliat̃: nec ſufficere oīno ut poſſi-
deat aīam ſuā tanquā patiēter humiliatus: niſi & gratiam
accipiat tanquā ſponte humiliatus. Generalem uerò hinc
Mat.23. audi regulā. D Oīs qui ſe humiliat, ait, exaltabit̃. Signi
ficat ꝑfectò nō oēm exaltandā eſſe humilitatē: ſed eam tn̄
quæ de uolūtate uenit: non ex triſtitia, nec ex neceſſitate.
Nec em̄ per cōtrariū oīs qui exaltat̃ humiliandus erit, ſed
tantū qui ſe exaltat humiliabit̃: nimirū ob uolūtariam ua
nitatē. Ita ergo non q humiliat̃, ſed qui ſponte ſe humiliat
exaltabit̃: utiq; ob meritū uoluntatis. Eſto em̄ ꝙ humilita
tis materia per alium miniſtrat̃: uerbi gr̄a: probra damna,
ſupplicia, nō tamē idcirco rectè ab alio quàm à ſemetipſo
humiliatus ille dicet̃: qui illa oīa tacita & læta cōſcientia,
cauſa dei ſubeūda decreuerit. Sed quo ꝓgredimur? patiē
ter ut ſentio ſuſtinetis exceſſum in uerbo de humilitate &
patiētia: ſed reuertamur ad locum de quo digreſſi ſumus.
Id nāq; incidit nobis ex occaſione reſponſi: quo grandia
præſumentē ſpōſam reprimēdā cenſuit ſponſus, & non ad
inſipientiā illi: ſed ut ſanè ex eo ꝓbabilioris & maioris hu
militatis daret̃ occaſio, ꝑ quā dignior potiorū atq; eorū
ipſorum quæ petebat capacior efficeret̃. Verūtamen quia
adhuc in ianuis ſumus præſentis capituli, diſcuſſionis eiꝰ
initiū pricipio ſi placet ſermonis alterius ordiamur, præ-
ſertim ne uerba ſpōſi uel recenſeant̃ cū tædio, uel audiāt̃.
Quod ipſe auertat à ſeruis ſuis Ieſus xp̄s dominꝰ noſter:
qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

De increpatione dura quam facit ſponſus ad ſpō-
ſam: & de duplici ignorantia nimium pauenda &
fugienda. Sermo. XXXV.

Canti.1. SI te, inquit, ignoras egredere. Dura & aſpera
increpatio ꝙ dicit egredere. Hoc qppe uerbū
ſerui audire ſolent à ualde iraſcētibꝰ & indignā
tibus dn̄is: uel ancillæ à dn̄abus ſuis: cū grauī-
ter illas offenderint. Exi hinc: exi à me: egredere à conſpe
ctu meo, & à domo iſta. Hoc ergo uerbo aſpero atq; ama-
ro ſatis nimiūq; increpatorio utitur modo ſponſus cōtra
dilectā: ſub cōditione tn̄ ſi ſeipſam ignorauerit. Nil quip-
pe ualidius efficaciuſue ad terrendū potuit in eā intende
re: quàm ut egredi minaret̃. Quod & tu aduetere potes,
ſi bene attēdas: unde quo egredi iubeatur. Vnde em̄ quo
putas niſi de ſpiritu ad carnem: de bonis animi ad ſecula-
ria deſideria. de interna requie mentis ad mundi ſtrepitū
& inquietudinē curarū exteriorū? In qbus oībus non eſt
niſi labor & dolor: atq; afflictio ſpūs. Quæ em̄ aīa ſemel à
dn̄o didicit, & accepit intrare ad ſeipſam: & i intimis ſuis
dei præſentiā ſuſpirare & quærere faciē eius ſemper (ſpi-
ritus eſt enim deus, & qui quærūt eum oportet eos in ſpi
ritu ambulare & non in carne ut ſm̄ carnem uiuant) talis
inquā aīa neſcio an uel ipſam gehennam ad tempus expe
riri horribilius pœnaliuſue ducat: quàm poſt ſpūalis ſtu-
dij huius guſtatam ſemel ſuauitatem exire denuo ad illece
bras uel potius ad moleſtias carnis, ſenſuūq; inexplebilē
repetere curioſitatē: dicēte. Eccleſiaſte. Oculus nō implet̃ Eccle.1.
uiſu: nec auris auditu. Audi enim hoīem expertū quæ lo-
quimur. bonus es, inquit, dn̄e ſperantibus in te: aīæ quæ- Pſal.118.
renti te. Ab hoc bono ſi quis auertere ſanctam illā animā
conaretur puto haud ſecus accepiſſet quàm ſi ſe de para-
diſo, & ab ipſo introitu gloriæ conſpiceret deturbari. Au
di adhuc & aliū ſimilē huic. Tibi dixi cor meū, ait, exquiſi Pſal.28.
uit te facies mea: faciem tuam dn̄e requiram. Vnde & dice
bat. Mihi autem adhærere deo bonū eſt. Et item loquens Pſal.72.
ad animam ſuam dicit. Conuertere anima mea in requiem Pſal.14.
tuam: quia dn̄s benefecit tibi. C Dico ergo uobis: nihil
eſt quod intātū formidet quiſquis hoc beneficium ſemel
accepit: quàm ne gratia derelictus neceſſe habeat denuo
egredi ad carnis cōſolatiōes: imo deſolationes, rurſumq;
carnalium ſenſuum ſuſtinere tumultus. Terribilis proin-
de & nimis formidioloſa comminatio: egredere & paſce
hœdos tuos. Quod eſt: indignam te noueris illa tua fami-
liari & ſuaui rerū cōtemplatione cæleſtiū: intelligibilium
diuinarū. Quāobrem egredere de ſanctuario meo corde 2.par.26
tuo, ubi ſecretos ſacroſq; ueritatis ac ſapiētiæ ſenſus dul-
citer haurire ſolebas, & magis tanquā una de ſecularibus
paſcendis & oblectādis tuæ carnis ſenſibꝰ intricare. Hœ-
dos quippe (qui peccatū ſignificant: & in iudicio collocā
di ſunt à ſiniſtris) dicit uagos & petulantes corporis ſen-
ſus: per quos peccatum tanquam mors per feneſtras intra
uit ad animam: Cui & bene cōgruit quod ſequitur in ſcri
ptura, iuxta tabernacula paſtorum. Non enim ſupra ſicut Canti.1.
agni: ſed iuxta tabernacula paſtorum hœdi paſcūtur. Pa-
ſtores ſiquidem qui ueri paſtores ſunt: licet tabernacula
habeant de terra: & in terra: corpora uidelicet ſua: his die
bus quibus nunc militant: non tamen de terra ſed de cæle
ſtibꝰ paſcuis greges dominicos paſcere cōſueuerūt, neq;
enim ſuam eis: ſed domini prædicant uoluntatem. At hœ-
di (qui ſunt corporis ſenſus) cæleſtia nō requirunt: ſed iu
xta tabernacula paſtorum in omnibꝰ uidelicet bonis ſen-
ſibilibus huius mundi (quæ eſt regio coporū) ſumūt un-
de ſua deſideria non tam ſatient quàm irritent. A Tur-
pis mutatio ſtudiorū: ut cui ante ſtudij fuerat peregrinā-
tem & exulem animā ſuam ſacris meditationibus tanquā
cæleſtibus paſcere bonus: dei beneplacitū & myſteria uo
luntatis eius inqrere: penatrare deuotione cælos, & mēte
ſupernas circuire manſiones: ſalutare patres atq; apoſto-
los & choros prophetarū: martyrūq; admirari triūphos:
ac ſtupere pulcherrimos ordines angelorum: nunc oībus
his omiſſis, turpi ſe mancipet corporis ſeruituti ad obedi
endum carni: ad ſatisfaciendum uentri & gulæ: ad mendi
candum in uniuerſa terra: unde ex ea quæ præterit mūdi
huius figura: ſuā ſemper famelicā curioſitatē aliquatenus
cōſoletur. Exitus aquarū deducant oculi mei ſuper hmōi Pſal.118.
animā: quæ cum nutriret̃ in croceis, demū amplexat̃ ſter-
cora. Paſcit enim iuxta beati uiri ſniam: ſterilem quæ non
habebat filius, & uiduæ non benefacit. Et uide quia non
ſimpliciter egredere: ſed egredere, inquit, & abi poſt gre-
ges ſodaliū tuorum & paſce hædos tuos. In quo (ut mihi Canti.1.
uidetur) magnæ cuiuſdam rei nos admonet: quid iſtud?
Heu ꝙ egregia cicatura iam olim facta de grege, & nunc
in peius miſerabiliter proruens: non ſaltē inter greges re
manere permittitur: ſed poſt abire iubetur. Quō inquis?
Quomodo legis? Homo cū in honore eſſet nō intellexit:
comparatus eſt iumentis inſipiētibus: & ſimilis factus eſt Pſal.48.
illis. Ecce quomodo de grege facta eſt egregia creatura.
Puto diceret iumēta ſi loqui fas eſſet. Ecce Adam factꝰ eſt
quaſi unus ex nobis Cum in honore eſſet, inquit. In quo
honore quæris? Habitabat in paradiſo, & in loco uolu-
ptatis conuerſatio eius: nihil moleſtiæ, nihil indigentiæ
ſentiebat: & odoriferis ſtipatus malis: fulcitus floribus;

gloria & honore coronatus,& conſtitutus ſuꝑ opera ma-
nuum plaſmatoris.Magis autem ob inſigne diuinæ ſimi-
litudinis præcellebat, & erat illi ſors & ſocietas cū plebe
angelorū, & cum omni militia cæleſtis exercitus. C Sed
mutauit iſtā gloriā dei in ſimilitudinē uituli comedentis
fœnū. Inde eſt ꝙ panis angelorū factus eſt fœnū poſitum
in præſepio:appoſitum nobis tanquā iumētis,uerbū qp-
pe caro factū eſt,& iuxta ꝓphetā oīs caro fœnū. At fœnū
Eſa.11. iſtud minime deſiccatū eſt:nec ex eo cecidit flos, quia re-
quieuit ſuper ipſum ſpūs dn̄i.Propter hoc nāq; aliquan-
do finis uenit uniuerſæ carnis: quia ſpūs receſſerat uitæ.
Deniq; ait.Non permanebit ſpūs meꝰ in hoīe in æternū:
quia caro eſt.Carnis noīe hoc loco uitiū deſignari intelli
ge:non naturam. Nec enī ſpm̄ natura expungit ſed uitiū.
Propter uitiū ergo oīs caro fœnū,& oīs gloria eiꝰ tāquā
flos fœni.Exiccatū eſt,inquit,fœnū & cecidit flos:ſed nō
Eſa.40. ille flos q de uirga & radice ieſſe aſcēdit:eò ꝙ requieuit ſuꝑ
eum ſpūs dn̄i.Nec illud fœnū quod uerbum factum eſt:ꝓ
eò ꝙ ſequitur in propheta. Verbū aūt dn̄i manet in æter-
Ibidem. num.Si enī fœnū uerbū,& uerbū in æternū manet, fœnū
quoq; neceſſe eſt maneat ī æternū.Alioqn quō uitam præ
bet æternam ſi ipſum minime manet æternum? Ait enim.
Si quis mādūcauerit ex hoc pane,uiuet in æternū.Et quē
Ioan.6. panē dicat,aperit cum ſubiungit.Et panis quē ego dabo:
Ibidem. caro mea eſt pro mūdi uita. Quō ergo æternū nō eſt quo
æternaliter uiuit? Sed recole nūc mecū uocē filij ad patrē
loquentis in pſalmo. Non dabis,inquit,ſanctū tuū uide-
Pſal.15. re corruptionē.Haud dubiū quin de corpore dicat quod
in ſepulchro iacebat exanime.Hoc enim ſanctū & angelꝰ
qui nūciauit uirgini locutꝰ eſt dicēs,& quod naſcet̃ ex te
ſanctū,uocabit̃ filius dei. Quo ergo pacto ſanctum fœnū
poterat uidere corruptionē, quod de incorrupti uteri ꝑ-
petuo uirore uernātibꝰ paſcuis ortū:etiā auidos angelo-
rum in ſe figere poſſit obtutꝰ inſatiabilr̃ oblectādos? D
Perdat ſane fœnū uiriditatē.ſi Maria uirginitatem amiſe
rit.Ergo cibus hoīs mutauit in ſe pabulum pecoris:hoīe
mutato ī pecus. Heu triſtis & lachrymoſa mutatio:ut ho-
mo paradiſi accola,terræ dn̄s:celi ciuis:domeſticus domi
ni ſabaoth,frater beatorum ſpirituum,& cæleſtium cohæ
res uirtutū:repentina ſe conuerſiōe inuenerit,& propter
infirmitatē iacentē in ſtabulo,& propter pecorinam ſimi-
litudinē indigētē fœno,& propter indomitā feritatem al-
ligatū præſepio,ſicut ſcriptū eſt.In chamo & fræno maxil
las eorū conſtrige: qui nō approximāt ad te. Agnoſce tn̄
pſal.31. ô bos poſſeſſorē tuū,& ô tu aſine præſepe dn̄i tui:ut pro-
Eſaiæ.1. phetæ dei fideles inueniātur q iſta ſunt dei mirabilia præ-
locuti.Cognoſce pecus quem nō cognouiſti homo.Ado
ra in ſtabulo quē fugiebas in paradiſo. Honora preſepiū
cuius contempſiſti imperiū.Comede fœnū quem panem:
& panē angelicū faſtidiſti. B Sed quænā cauſa, inquis,
tantæ deiectionis? Profectò ꝙ homo cum in honore eſſet
non intellexit.Quid non intellexit? Non dicit.Non dica
mus. Poſitus in honore nō intellexit ꝙ limus eſſet, hono
ris faſtigio delectatus,& cōtinuo in ſe expertus eſt ꝙ tan-
to poſt tempore homo de filijs captiuitatis & prudenter
aduertit, ueraciter protulit dicens. Qui ſe putat aliquid
eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Væ miſero ꝙ nō fuit qui
iam tunc diceret ei.Quid ſupbis terra & cinis? Hinc ægre
gia creatura gregi admixta eſt:hīc beſtiali ſimilitudīe dei
ſimilitudo mutata eſt:hinc ſocietas cum iumentis pro cō
ſortio angelorum inita eſt.Vides quàm ſit fugiēda nobis
hæc ignorantia: de qua tot milia malorum uniuerſo no-
Pſal.48. ſtro generi prouenerunt? Ait enim propheta hominē iu-
mentis inſipientibus comparatum:quia nō intellexit.Ca
uenda proinde oīmodis ignorantia:ne fortè ſi adhuc ſine
intellectu,& poſt uexationē inuenti fuerimus:multo plu-
ra & grauiora prioribus mala inueniāt nos:dicaturq; de
Hier.51. nobis.Curauimus babylonē & nō eſt ſanata.Merito qdē
ꝙ nec uexatio dederit intellectū auditui. C Et uide ne
fortè etiā hic ſponſus cum dilectam ab ignorātia tanto in
crepationis tonitruo deterreret, propterea minime dixe-
rit,egredere cū gregibꝰ, aut egredere ad greges,ſed egre
dere ait poſt greges ſodalium tuorum. Vt quid hoc? Sa-
nè aut ſecundā proinde ignorantiā priore magis pauēdā
pudendāq; oſtenderet:ꝙ illa hoīem beſtijs parem feciſſet,
iſta & poſteriorē. Nam homines quidē merito ignorātiæ
ignorati,id eſt reprobati, & ad tremēdum illud iudicium
ſtare,& igni perpetuo tradi habēt, nō autem & pecudes.
Nec dubium fore deterius his qui ſic erūt,quàm his quæ
omnimodo nō erūt.Melius ei fuerat,inquit,ſi natus non Mar.14.
fuiſſet homo ille. Non utiq; ſi natus non fuiſſet omnino:
ſed ſi natꝰ nō fuiſſet homo:ſed uerbi gratia:aut pecus aut
alia quæpiam creatura:quæ qm̄ iudicium nō haberet, ad
iudicium nō ueniret:ac per hoc nec ad ſuppliciū.Sciat er
go anima rationalis quæ ſe ob priorem ignorantiam eru-
beſcit pecudes habere ſodales in perfruendis utiq; bonis
terræ:nō etiam ſimiliter ſocias habituram in perferendis
tormentis gehennæ, & tum demum etiam ab ipſis gregi-
bus ſuorum ſodalium iumentorū cum dedecore exturbā-
dam,nec iam uel cum ipſis ituram,ſed planè poſt quando
illis nihil mali ſentientibus, ipſa malis oībus exponetur,
A quibꝰ non liberabitur in æternū:ſiquidē ſecūdo igno-
rare adiecerit.Egredit̃ itaq; homo & ſolitarius abijt poſt
greges ſodaliū ſuorum,cum ſolus in inferno inferiori re-
truditur. An non tibi poſteriorē uidetur tenere locum:q
ligatis manibus & pedibus proijcitur in tenebras exterio
res? Et erunt ꝓfectò nouiſſima hominis illius peiora prio
ribus, quādo qui prius beſtijs æquabatur,nūc & poſtpo- Lucæ.11.
nitur. Puto ꝙ & in præſenti uita ſi bene aduertas, poſte-
riorem ire pecoribus hominē iudicabis. An non ſiquidē
tibi uidet̃ ipſis beſtijs quodammodo beſtialior eſſe homo
ratione uigens,& ratione nō uiuēs? Nam pecus quidem
ſi ſe ratione non regat,excuſationē habet à natura,à qua
hoc ei pœnitus munus negatum eſt, non habet homo,cui
ab ipſa ſpeciali prærogatiua donatū eſt. A Merito pro-
inde eoipſo cenſetur homo egredi,& poſt ire gregalibus
animantibus,ꝙ ſolum hoc animal conuerſatione degene
ri iura naturæ tranſgrediens:rationis compos:ratiōis ex-
pertia moribus & affectibus imitatur. Conuincitur ergo
ire poſt greges homo, & nunc quidem deprauatione na-
turæ:poſtmodum autem & extremitas pœnæ.Ecce ſic ma-
ledicetur homo qui ignorantiam dei habere inuētus fue-
rit.Dei dicam an ſui? Vtrunq; ſine dubio,utraq; ignoran
tia damnabilis eſt:utralibet ſufficit ad perditionē. Vis ſci
re quia ita eſt? Sed de dei minime dubitas:ſi tamen cōſtet
tibi nō aliā uitā eſſe æternā,quàm ut patrē cognoſcas deū
uerum,& quē miſit ieſum xp̄m. Audi ergo ſponſum liqui
do:& apertè in anima etiam aīæ ignorantiā condēnātem.
Quid enim dicit? Non utiq; ſi deum:ſed ſi ignoras te,in-
quit,&c. Patet ergo quia ignorans ignorabit̃:ſiue ſe,ſiue 1.Co.14.
deum ignorare contingat. De qua utraq; ignorantia erit
nobis (ſi tamen deus manum apponat) utilis admodū di-
ſputatio. Non modo tamen,ne fatigati & nō præmiſſa ex
more oratione: aut ego minus diligēter rem neceſſariam
proſequar,aut uos minus attente,quæ non niſi magno ſu
ſcipienda ſunt deſiderio audiatis. Etenim ſi corporis cibꝰ
cum abſq; appetitu,& ſatiatus illum ſumis:non modo nō
ꝓdeſt,ſed & nocet plurimū:multo magis panis animæ cū
faſtidio ſumptus:non ſcientiæ nutrimētum,ſed magis tor
mentum conſcientiæ importabit. Quod à nobis auertat
ſponſus eccleſiæ ieſus chriſtus dominus noſter:qui eſt ſu-
per omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Quòd ſcientia literarum ſit bona ad inſtruendū: ſed ſcientia propriæ infirmitatis ſit utilior ad ſalutem. Sermo. XXXVI. C

EN ego mex ꝓmiſſiōi: en ego deſiderijs ueſtris:
en ego etiam deo pro debito famulatu triplici
ut uidetis ratione urgeor ad loquendum:pacti
ueritate:charitate fraterna:timore domini. Si
tacuero:os meum condemnabit me.Quid ſi loquar? Pro
fectò uereor idem iudicium:ne loquētem uidelicet & non Rom.15.
facientē identidē os meū condēnet me.Iuuate me oratio
nibus

nibus ueſtris ut ſemper poſſim & loqui quæ oportet, &
opere implere quæ loquor. Non ignoratis hodiernū uo-
bis propoſitū eſſe ſermonem de ignorantia:uel potius de
ignorantijs:qm̄ duæ ſi meminiſtis propoſitæ ſunt: noſtri
una,& altera dei. Quas & monuimꝰ ambas eſſe cauendas:
ꝙ ambæ dānabiles ſint. Supereſt ut clarius hoc ipſum fa-
ciam:ediſſerā pleniꝰ. Sed prius quærendū exiſtimo:ſit ne
ignorantia oīs dānabilis,& mihi quidē uidetur non eſſe.
(neq; enī oīs ignorātia damnat) ſed multa & innumera eſ
ſe quæ neſcire liceat abſq; diminutione ſalutis:uerbi gra
tia. Si ignoras fabrilē artem,ſeu carpentariā:aut cementa
riam,& quæcunq; iſtiuſmodi ſunt artes quæ ad uſus uitæ
huius præſentis ab hoībus exercētur: nunqd impedit ad
ſalutē? Etiā abſq; oībus illis artibꝰ quæ liberales dicūtur,
quāuis honeſtioribus utilioribuſq; ſtudijs & diſcātur &
exerceant̃, & quāplurimi hoīm ſalui facti ſunt: placentes
moribus atq; operibus. Quantos enumerat apoſtolus in
epiſtola ad hebræos factos dilectos nō ī ſcientia literarū:
ſed in cōſcientia pura & fide nō ficta? Omnes placuerunt
deo in uita ſua,uitæ meritis, non ſcientiæ. Petrus & An-
dreas & filij Zebedæi cæteriq; cōdiſcipuli omnes non de
ſchola rhetorū aut philoſophorū aſſumpti ſunt: & nihilo
minus tn̄ ſaluator per ipos operatus eſt ſalutem in medio
terræ.Non in ſapiētia quæ in ipſis eſſet plusquàm in cun
ctis uiuentibus:quēadmodū ſanctus aliquis de ſemetipō
cōfeſſus eſt, ſed in fide & lenitate ipſorū ſaluos fecit illos
etiā & ſanctos,etiā & magiſtros. Deniq; notas mundo fe-
cerūt uias uitæ,& non in ſublimitate ſermonis:aut in do-
ctis humanæ ſapiētiæ uerbis:ſed ſicut placuit deo per ſtul
titiam prædicationis eorum ſaluos facere credentes:quia
mundus cū in ſua ſapientia nō cognouit. A Videar for
ſan nimius in ſuggillatione ſcientiæ:& quaſi reprehēdere
doctos ac prohibere ſtudia literarum. Abſit. Nō ignoro
quātū eccleſiæ profuerint:& proſint literati ſui:ſiue ad re
fellendos eos q ex aduerſo ſunt:ſiue ad ſimplices inſtruen
Oſee.4. dos. Deniq; legi. Quia tu repuliſti ſciētiā,repellam & ego
Dan.12. te:ut non fungaris mihi ſacerdotio. Legi. Qui docti fue-
rint:fulgebūt quaſi ſplendor firmamēti, & qui ad iuſtitiā
erudiunt multos: quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.
1.Cor.8. Sed & ſcio ubi legerim ſciētia inflat, & rurſum:qui appo
nit ſcientiam apponit & dolorē. Vides quia differentia eſt
ſcientiarū:qm̄ alia inflans,alia cōtriſtans eſt? tibi uerò ue-
lim ſcire quænā harum uideat̃ utilior ſeu magis neceſſaria
ad ſalutē. Illáne quæ tumet:an quæ dolet? Sed non dubi-
to quin dolētē tumēti præferas:quia ſanitatē quā tumor
ſimulat:dolor poſtulat. Qui autem poſtulat:propinquat
Lucæ.11. ſaluti:qm̄ qui petit accipit. Deniq; q ſanat contritos cor-
Pſa.146 de, execratur inflatos:dicente ſapiētia:quia deꝰ ſuperbis
Iaco.4. reſiſtit:hūilibus aūt dat gratiam. Et apl's aiebat. Dico aūt
per gratiā quæ data eſt mihi oībus qui ſunt inter uos nō
plus ſapere quàm oportet,ſed ſapere ad ſobrietatem. Nō
prohibet ſapere, ſed plus ſapere quàm oportet. Quid eſt
aūt ſapere ad ſobrietatē. B Vigilantiſſime obſeruare qd
ſcire magis priusue oporteat. Tēpus enī breue eſt. Eſt aūt
quod ī ſe eſt oīs ſciētia bona, quæ tn̄ ueritate ſubnixa ſit,
ſed tu qui cū timore & tremore tuam ipſius operari ſalu-
tem pro tp̄is breuitate feſtinas, ea ſcire priꝰ ampliuſq; cu
rato, quæ ſenſeris uiciniora ſaluti. Nónne medici corpo-
rum medicinæ portionem diffiniunt eligere in ſumendis
cibis quid prius,quid poſterius,& quemadmodū quidq;
ſumi oporteat. Nā etſi bonos cōſtat eſſe cibos quos deꝰ
creauit, tu tn̄ ipſos tibi ſi in ſumēdo modū & ordinē non
obſerues,reddis planè nō bonos. Ergo qđ dico de cibis,
hoc ſentite & de ſcientijs. Sed melius mitto uos ad magi-
ſtrum. Non eſt enī noſtra iſta ſcientia,ſed illius,imo & no
1.Cor.6. ſtra,quoniam ueritatis. Qui ſe,inquit,putat aliquid ſcire
nondū ſcit quomodo oporteat eum ſcire. Vides qm̄ non
ꝓbat multa ſcientē ſi ſciēdi modū neſcierit? Vides inquā
quomodo fructū & utilitatem ſciētiæ in modo ſciendi cō
ſtituit? Quid ergo dicit modū ſciendi? Quid niſi ut ſcias
quo ordine,quo ſtudio, quo fine quæq; noſſe oporteat?
Quo ordine? ut id prius quod maturius ad ſalutem. Quo
ſtudio? ut id ardentius quod uehemētius ad amorē. Quo
fine? ut nō ad inanem gloriā: aut curioſitatē : aut aliquid
ſimile:ſed tn̄ ad ædificationem tuā uel proximi. C Sūt
nāq; qui ſcire uolunt eo fine tātum ut ſciant,& turpis cu-
rioſitas eſt. Et ſunt q ſcire uolūt ut ſciantur ipſi, & turpis
uanitas eſt. Qui profectò nō euadēt ſubſannantem ſatyri
cū:& ei qui eiuſmodi eſt decantantem. Scire tuū nihil eſt Perſius
niſi te ſcire hoc ſciat alter. Et ſunt item qui ſcire uolūt ut ſatyra.1.
ſcientiā ſuā uendāt,uerbi cauſa,pro pecunia,pro honori-
bus,& turpis quæſtus eſt. Sed ſunt quoq; qui ſcire uolūt
ut ædificēt,& charitas eſt. Et item qui ſcire uolūt ut ædifi
cent̃,& prudētia eſt. Horum oīm ſoli ultimi duo nō inue-
niunt̃ in abuſiōe ſciētiæ:quippe qui ad hoc uolūt intelli-
gere ut bene faciāt. Deniq; intellectus bonus oībus faciē
tibus eum. Reliqui oēs audiāt. Scienti bonū & non faciē- Pſa.110.
ti,peccatū eſt ei. Ac ſi per ſilitudinē dicat. Sumēti cibū & Iaco.4.
nō digerēti:pernitioſum eſt ei. Cibus ſiqdē indigeſtus,&
qui bonam non habet decoctionem malos generat humo
res,& corrumpit corpus & non nutrit. Ita & multa ſciētia
īgeſta ſtomacho animæ,quæ eſt memoria : ſi decocta igne
charitatis non fuerit,& ſic per quoſdā artus aīæ mores ſci
licet atq; actus transfuſa atq; digeſta:quatenus ip̄a de bo
nis quæ nouerit uita atteſtante,& moribus bona efficiat̃:
nónne illa ſcientia reputabit̃ in peccatū,tanquā cibus cō
uerſus in prauos noxioſq; humeros? An nō malꝰ humor
peccatū,an nō mali humores praui mores? An non infla-
tiones & tortiones in conſcientia ſuſtinebit qui hmōi eſt
ſciens uidelicet bonū & nō faciens? An nō reſpōſum mor
tis & damnationis toties in ſemetipō habebit quoties in
mentem uenerit ſermo quē dixit deus,quia ſeruꝰ ſciēs uo
luntatē dn̄i ſui:& non faciēs digna,plagis uapulabit mul
tis? A Et uide ne fortè in perſona talis aīæ propheta plā
geret dicens. Ventrē meū doleo:uētrem meū doleo. Niſi Hier.4.
ꝙ ipſa ingeminatio geminum uidetur innuere ſenſum: ut
præter hunc quem diximus etiam alium requiramꝰ. Puto
enim ꝙ in ſua perſona potuit hoc dixiſſe propheta : ꝙ ui-
delicet ſcientia plenus,& æſtuans charitate,& cīno effun-
dere cupiēs:non inuenerit qui curaret audire, & ſic quaſi
oneri ſua ſibi ſcientia erat quā communicare nō poterat.
Plangit itaq; pius eccleſiæ doctor:tam illos qui ſcire con
tēnunt quomodo ſit uiuēdū, quàm illos qui ſciētes male
nihilominus uiuūt. Et hoc pro eo ꝙ eundē ſermonē pro-
pheta repetit. Aduertis ne iam quàm uerum ſenſit apoſto
lus,q̄a ſciētia inflat? B Volo proinde animā primo oīm
ſcire ſeipſam, ꝙ id poſtulet ratio & utilitatis & ordinis.
Et ordinis quidē,qm̄ ꝙ nos ſumus primū eſt nobis. Vtili-
tatis uerò,quia talis ſcientia non inflat:ſed humiliat,& eſt
quædā præparatio ad ædificādum. Niſi enim ſuper humi-
litatis ſtabile fundamentum:ſpirituale ædificium ſtare mi
nime nō poteſt. Porrò ad ſe humiliandū nihil anima inue
nire uiuaciꝰ ſeu accommodatius poteſt: quàm ſi ſe in ue-
ritate inuenerit:tantū nō diſſimulet, nō ſit in ſpiritu eius
dolus:ſtatuat ſe ante faciē ſuam,nec ſe à ſe auertere abdu-
catur. Nónne ita ſe intuēs clara luce ueritatis inueniet ſe
in regione diſſimilitudinis,& ſuſpirans miſera quàm iam
latere nō poterit ꝙ uerè miſera ſit:nónne cum ꝓpheta cla
mabit ad dominū. In ueritate tua humiliaſti me? Nā quo
modo nō uerè humiliabit̃ in hac uera cognitiōe ſui cum
ſe perceperit oneratam peccatis,mole huius mortalis cor
poris aggrauatā:terrenis intricatā curis: carnaliū deſide
riorum fece infectam,cæcam,curuam:infirmā, implicitam
multis erroribus expoſitā mille periculis, mille timoribꝰ
trepidam:mille difficultatibus anxiam : mille ſuſpicioni-
bus obnoxiam:mille neceſſitatibus ærūnoſam: procliuem
ad uitia:inualidam ad uirtutes? Vnde huic iam extollen-
tia oculorum:unde leuare caput? Nónne magis cōuertet̃ Pſal.13.
in ærūna ſua:dum configitur ſpina? Conuertetur,inquā,
ad lachrymas:conuertetur ad planctus & gemitus:cōuer-
tetur ad dominū, & in humilitate clamabit:ſana animam Pſa.40.
meam:quia peccaui tibi. Porrò conuerſa ad dn̄m recipiet